



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

Pars VII. De Caeremonijs Episcopalibus Titulos addit viginti quatuor.


urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

apponi potest imago Sancti Patroni, & si Ecclesia habuerit indulgentias plenarias in tabella pulchrè elaborata appendantur ad fores Ecclesiarum cum hac inscriptione *Indulgentia plenaria.*

2. Festum patroni loci est quidem primæ classis in tota Diocesi, in ciuitate cum octaua, extra sicut apud Regulares sine ea, non est tamen tanta solennitatis ac festum Patroni proprii loci.

3. Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ & Cathedralis est festum primæ classis. De hac fit octaua tantum in ciuitate, de illa in propria Ecclesia.

4. In Dedicatione propriæ Ecclesiæ solent ardere candelæ ad Missam, & omnes horas, ante duodecim Cruces parietibus infixæ & depictæ, quæ in eius consecratione sacro Chrismate inunctæ sunt.



P A R S VII.

De Ceremonijs Episcopalibus.

TITVLVS I.

*De officio Presbyteri assistentis ad Vesperas
Episcopo Celebrante.*

1. **D**ignior esse debet tam ex Dignitatibus, quàm Presbyteris ipse Presbyter Assistens, quocumque nomine appelleretur, siue Archidiaconus, siue Archipresbyter, in Sacerdotio constitutus, & in Sacerdotalibus officijs expertus, vt Episcopo ministrare possit.

2. In Vesperis induitur superpelliceo ac pluuiali coloris officio conuenientis sine pectorali aut formali ad pectus, & cum Episcopus fuerit

sic

rit paratus, ipse annulum in digito annulari dexterae manus imponit, ipsum prius & manum eius osculando.

3. Locus eius, nisi aliter situs ratio requirat, est ante faciem Episcopi aliquantulum ad eius dexteram semiuersus, ita ut non terga vertat altari, neque Episcopo, ibique quando sedendum erit, super scabellum pictum quidem, sed nudum, sedebit.

4. Dum Episcopus in initio Vesperarum post *Pater noster* signat se, ipse pariter se signat cum Episcopo.

5. Cum verò Episcopus primam Antiphonam erit intonaturus, ipse librum ante Episcopum supra caput sustinebit, Episcopoque sedente ipse pariter sedebit.

6. Tertiam Antiphonam ipse Presbyter stans apud scabellum suum, ac præintonante sibi illam ministro destinato, intonabit voce intelligibili.

7. Dum Episcopus erit intonaturus Hymnum, sustinebit ante eum librum, sicut etiam dum intonabit antiphonam ad *Magnificat*, qua intonata, & Episcopo sedente, capiet nauiculam de manu ministri, illamque, cum cochleari prius deosculato, ac manu Episcopi quoque deosculata porriget ipsi Episcopo, ut ex ea sumat & imponat thuribulo dicens more solito *Benedicite* *Pater Reuerendissime* cum debitis inclinationibus antè & post. Tum reddet nauiculam Ministro, & ibidem stans expectabit nudo capite, donec inchoetur *Magnificat*.

8. Quo cantico inchoato sequeatur manibus iunctis nudo capite Episcopum ad Altare euntem, ubi postquam osculatus fuerit Altare, offeret ei Thuribulum cum debitis osculis & reuerentijs.

9. Deinde recedit ad cornu Epistolæ, ubi expectabit finem incensationis, quia duo Diaconi

assisterent.

ad Vesperas

Dignitatibus,
Presbyter Assi-
tur, siue Archi-
in Sacerdotio
officijs exper-

elliceo ac plu-
sine pectorali
Episcopus fue-
rit.

assistere debent Episcopo hinc inde eleuantes pluuiale eius.

10. Facta incensatione, thuribulum in cornu Epistolæ altaris ab Episcopo acceptum, Thuriferario tradet & sequetur Episcopum euntem ad solium, eo modo quo venit iunctis manibus & nudo capite.

11. Cum Episcopus redierit ad sedem suam, tunc ipse stans ante infimum gradum sedis Episcopalis, recipit thuribulum de manu thuriferarij & thurificat Episcopum triplici ductu stantem cum mitra, cui Episcopus benedicit, ac rursus reddito thuribulo ministro, ipse stans in loco suo, factâ primo Diacono inclinatione duplici ductu thurificabitur à ministro solito. Tum cum repetitur Antiphona seder, si facta sit incensatio Diaconorum, aliàs stare debet.

12. Cum Episcopus cantaturus est orationem, sustinebit libram ante illum, & ad alias orationes, si dicendæ sint, Deinde redibit ad locum suum, & post benedictionem, ad quam stabit, expletis Vesperis, deposito Pluiali, & habitu suo canonicali indutus comitabitur Episcopum cum alijs.

TITVLVS II.

De officio Presbyteri assistentis in Missa.

Coem. Epis. lib. I. cap. 7.
 1. **P**resbyteri assistentis præcipua cura erit totam Missam præuidisse, omnesque ceremonias & actus quos Episcopus facturus est, obseruasse, ac signacula in libro Missali congruis locis disposuisse, ut præsto illi esse possit suggerendo submissa voce, vel modestè nuru indicando, si fortè in aliquo, vel memoriæ lapsu vel alia de causa

de causa deficeret, aut titubaret, præsertim apud Altare.

2. Igitur ipsa die, hora congrua, Canonicali habitu indurus, Episcopum ad Ecclesiam venientem una cum alijs comitabitur ad Ecclesiam, ubi opportunè aderit ipsi in habitu suo canonicali, & ipsi legenti Psalmos, *Quam dilectis, &c.* cum sequentibus, ad sinistram eiusdem stans, alternatim respondet.

3. Ad manuum lotionem, antequam Episcopus sacris se induat vestibus, porrigit ei mantile, osculans illud prius, & annulos ordinarios, si quos ante lotionem ipse deposuerat, cum debitis osculis reponit.

4. Postea secedens parum extra solium Episcopi induit se pluuiali, & sic paratus librum sustinebit super caput ante Episcopum, dum Episcopus cantabit orationem in Terra à Choro absoluta.

5. Episcopo omnibus sacris paramentis induto, imponet annulum pontificalem annulari digito dextræ manus illius, annulo & manu prius oscularis.

6. Mox si exera Altare in quo Celebraturus est Episcopus paramenta accipiat, ministrabit illi cochlear & nauiculam thuris, cum caeremonijs supra in Vesperis præscriptis.

7. Procedente Episcopo ad Altare incedit ante eum à dextris Diaconi Euangelium cantaturi, vel deficientibus Diaconis assistentibus, à dextris Episcopi manibus iunctis, vsque ad Altare.

8. Apud Altare collocat se ad dextram Episcopi, ubi facta Altari cum Episcopo profunda reuerentia, facit cum eo confessionem, stando à dextris ipsius & respondendo cum alijs, signando & inclinando se cum Episcopo, & ad verba

Miserere

inde eleuantes

culum in cornu
reptum, Thuri-
pium euntem ad
tis manibus &

ad sedem suam,
dum sedis Epi-
manu thurifera-
lici ductu stan-
enedicit, ac rur-
se stans in loco
atione duplici
olito. Tum cum
a sit incensatio

us est oratio-
& ad alias o-
redibit ad lo-
ad quam sta-
uiali, & habitu
ur Episcopum

in Missa.

ua cura erit
nesque care-
aturus est, ob-
alli congruis
possit sugge-
uru indicano-
lapsu vel alia
de causa

Misereatur tui. tibi Pater & te Pater versus eundem caput profundè inclinatur.

9. Post Confessionem retrahit se statim ad cornu Evangelij, ubi postquam Episcopus oscularatus fuerit Altare, ipse adiuuat Subdiaconum in porrigendo illi libro osculando, manum apponendo ad librum & monstrando principium Evangelij ab Episcopo osculandum.

10. Mox retrahit se extra cornu Evangelij, ibique expectat vsque ad finem incensationis, cum sedente Episcopo ad sedem suam, ipse eum sequitur, & apud eum stat dum legit Introitum, ac cum eo se signat.

11. Cum Episcopus lecto Introitu dicit *Kyrie eleyson* illud idem dicit cum duobus Diaconis assistentibus, sedente verò Episcopo, & ipse sedet super scabellum paratum à dextris ipsius, si verò Episcopus non in sede sed faldistorio sedeat Presbyter assistens sedet post faldistorium Episcopi medius inter Diaconum & Subdiaconum.

12. Circa finem ultimi *Kyrie eleyson* surgit Presbyter Assistens, & Episcopo cantante *Gloria in excelsis Deo* librum super caput sustinet, mox reddito libro ministro de eo seruienti, prosequitur Hymnum cum Episcopo submissâ voce, sedente mox Episcopo & ipse sedet recto capite vsque dum in Choro absolutus sit Hymnus Angelicus, & ad ea verba Hymni Angelici ad quæ inclinandum est, ipse pariter inclinatur.

13. In fine Hymni Angelici à Choro decantati surgit, & reposito bireto, ad orationes ab Episcopo decantandas, sustinebit librum ante illum, orationibusque absolutis, reddit librum ministro de eo seruienti.

14. Deinde Episcopo sedente ipse pariter sedet cooperto capite vsque dum Diaconus incipiat cantare Evangelium, quod cum incipit, si Episcopus

Episcopus celebret in faldistorio ipse auferet mirmam, & ad Euangelium ipse stabit nudo capite manibus iunctis, se signans in initio Euangelij.

15. Cantato Euangelio, & Episcopo thurificato per Diaconum, Presbyter assistens sustinebit librum ante Episcopum, vt ex eo inchoet *Crede in vnum Deum*, his verò verbis per Episcopum decantatis relinquit librum in manibus ministri de eo seruientis, & prosequitur cum illo dictum Symbolum vsque ad finem, illoque absoluto sedet cooperto capite.

16. Dum in Choro cantatur *Et incarnatus est* caput detegit & profundè inclinatur cum alijs, dictoque Symbolo surgente Episcopo ipse pariter surgit, atque lecto Offerterio ab Episcopo, ipse extrahit ipsi annulum Pontificalem si non ad hunc Diaconi assistentes, lotisque manibus Episcopi porrigit ipsi mantile, & reddit annulum pontificalem.

17. Cum Episcopus reuertitur ad Altare, ipse à sinistris illum gradus ascendentem adiuvat, & deinceps accuratè & opportunè demonstrat illi omnia & singula, quæ ex libro sunt dicenda, ea digito dextræ manus indicando, sinistra vero tenens librum Episcopo.

18. Dum Episcopus thurificat Altare, ipse sumpto libro cum Puluino, retrahet se extra cornu Euangelij, ne thurificationem impediatur, & finita thurificatione Altaris deponet Missale super eo ostendens successiuè dicenda ab Episcopo.

19. Cum Diaconus est eum incensaturus post Episcopum, ipse se vertet ad eum, & facta inclinatione primò Diacono, qui debet incensari post eum, duplici thurificatur ductu inclinans se thurificanti antè & post.

20. Ad Præfationem submissa voce dicit *Sanctus*
cum

versus eundem

it se statim ad

Episcopus oscu-

abdiaconum in

manum appo-

principium E-

m.

cornu Euangelij,

in incensationis,

in suam, ipse eum

regit Introitum,

Introitu dicit Kyrie

Episcopus Diaconi ab-

scipio, & ipse sedet

in sinu ipsius, si verò

in faldistorio fedeat Prae-

torium Episcopi

diaconum.

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

Episcopus dicit Kyrie

cum Episcopo & Diacono, idemque præstabit ad *Agnus Dei*, & ad elevationem tantum genuflectit, neque à libro discedit, nisi quando danda est pax.

21. Dicto cum Episcopo *Agnus Dei*, &c. cum debitis genuflexionibus accedit dexteram Episcopi, ibique dum Celebrans dicit *Domine Iesu Christe*, &c. genuflectit vt in Missali, quo dicto tempore quo Celebrans osculatur Altare, illud etiam osculatur, extra corporale manibus iunctis, & statim Episcopus sinistram genam, cum sinistra ipsius Assistentis iungens, dat ei pacem dicens *Pax tecum*, cui ipse responder. *Et cum Spiritu tuo*. Et iterum genuflectens ante Sacramentum, & statim surgens recedit cum Cæremoniario ad pacem dandam in Choro, aduertens ne cuiquam reuerentiam faciat, nisi post datam pacem, & tunc Canonicis, Magistratus & Principibus se tantum inclinatur.

22. Data pace quibus per ipsum danda est, scilicet prædictis, non autem beneficiariis, dat eam in Choro ultimo loco Cæremoniario, qui eam alijs distribuit & redit ad librum in Altari, quem, cum Episcopus se purificauerit, digitosque abluerit, transfert ad cornu Epistolæ, & adiuuat ad lotionem manuum Episcopi: deinde ostendit illi in libro cætera quæ supersunt, vltimaque post communionem finitâ claudit librum & vadit ad latus Euangelij.

23. Data benedictione ab Episcopo, ad quam profundè se tantum inclinatur, si Indulgentiæ non fuerint publicatæ, eas tunc, petita prius licentiâ ab Episcopo, publicat sub hac forma:

Reuerendissimus in Christo Pater & Dominus Dominus N. Dei & Apostolica Sedis gratia Episcopus N. dat, & concedit omnibus hic presentibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesie coniuncta.

Regate

Rogate Deum pro felici statu Sanctissimi Domini nostri D. N. Papa N. Dominationis sua Reuerendissima, & Sancta Matris Ecclesia.

24. Deinde ministrat Episcopo in legendo Euangelio S. Ioannis aut alio, eo que finito, sequitur Episcopum ad sedem, ubi deponet pluviale, & iuuabit Episcopum in exuendo, quem denique comitabitur cum alijs.

TITVLVS III.

De officio Presbyteri Assistentis Episcopo non celebrante, sed presente in Missa Solemni.

1. Quando Episcopus non celebrat, sed alius, presente ipso Episcopo, tunc Presbyter Canonicus dignior Canonicali suo habitu tantum indutus, nauiculam incensi quoties erit imponendum thus in thuribulum ministrabit, cum debitis osculis, & Episcopum incensabit ad Vesperas, & in Missa post oblata tantum, nisi Episcopus sit paratus.

2. Post *Agnus Dei*, accedit ad Altare, ubi cum debitis reuerentijs accipit pacem à Celebrante, Episcopus dat eam duobus Canonicis assistentibus, Presbyter autem Assistentens dabit pacem Subdiacono, qui eam cæteris deferet.

3. Locus Presbyteri assistentis est in scabello paulo prope Episcopum.

TITVLVS

VII. Tit. II.

emque præstabit
m tantum genu
si quando danda

us Dei, &c. cum
t dexteram Epi
icit Domine Iesu
ssali, quo dicto
ulatur Altare, il
porale manibus
sinistram genam,
ngens, dat ei pa
sponder. Et cum
ens ante Sacra
edit cum Cære
Choro, aduer
aciat, nisi post
s, Magistratus &

sum danda est,
eneficiatis, dar
emoniario, qui
brum in Altari,
uerit, digitos
Epistolæ, & ad
scopi: deinde
persunt, vlti
claudit librum

copo, ad quam
dulgentiæ non
a prius licentiæ
ma:

us Dominus De
tia Episcopus N.
ibus quadragin
Ecclesia conserua
Regate

TITVLVS IV.

De officio duorum Canonorum in habitu Diaconali Episcopo Celebrante, vel eo non Celebrante in habitu ordinario assistentium.

1. **V**Ltra Presbyterum assistentem & Diaconum & Subdiaconum ad Euangelium & Epistolam seruietes, assistunt Episcopo loci ordinario & proprio solemniter Celebranti Missam, vel Vesperas in sede Episcopali & non in altiflorio, duo alij Canonici primi ex ordine Diaconali.

2. Hi autem, si Episcopus celebret Missam aut Vesperas induti esse debent habitu Diaconali, hoc est Dalmaticâ supra Amictum & superpelliceam, ac sedente Episcopo in sede sua Episcopali ipsi sedent in scabellis nudis hinc inde, & sedenti in sede mitram imponunt & auferunt. Imponitur autem à Diacono assistenti à dextris, osculato prius & imposito bireto, altero à sinistris assistente adiuvante, atque vittas à tergo defluentes aptante: auferitur verò à Diacono à sinistris assistente, qui illam dat Capellano seruienti de mitra, & tunc qui est à dextris, sub biretum auferit leniter cum illo complanando capillos. Semper autem sedenti mitram ipsam imponere & auferre debent. Dum Episcopus pluuiali indutus ad Altare procedit, hinc inde eum comitantur, nudo capite fimbrias pluuialis eleuantes. Quoties apud sedem suam Episcopus eleuat manum suam dextram, vt se aut alias personas, seu res quascumque signet signo Crucis, toties Diaconus à dextris passum eleuat pluuiale. Cum autem eleuat ambas manus, ambo Diaconi hinc inde eleuant fimbrias pluuialis,

pluvialis & cum Episcopus cantat, vel legit aliquid ex libro, ipsi Diaconi hinc inde apponunt manus super eo, & primus folium vertit, alter digito indicat legenda.

IV.

in habitu Diaconorum Celebrantium assistentium.

tentem & Diaconum & Evangelium & Episcopo loci orationis Celebranti Missam & non infirmo ex ordine Dia-

conum debet Missam aut in habitu Diaconali, & superpellicem & suppellicem de sua Episcopali sede inde, & sedenti imponit. Imponitur dextris, osculatur à sinistris Assistentibus defluentes apertis à sinistris assistentibus seruianti de misericordia aufert capillos. Semper ponere & auferte inducus ad Altare tantur, nudo capite. Quoties apud altare suam dextris res quascumque onus à dextris partem eleuat ambas eleuant fimbrias pluuiialis,

TITVLVS V.

De officio Diaconorum assistentium Episcopo in Vesperis.

1. Ipsi Diaconi Episcopum venientem ad Ecclesiam in habitu Canonicali comitantur, statimque amictu & Dalmatica induti, iuuant Episcopum dum paramentis suis induitur, omnibusque paramentis induto mitram ei imponunt.
2. Dum Episcopus dicit *Deus in adiutorium*, primus eleuat partem pluuialis dexteram sinistra, se signans dexterâ, & inchoato primo psalmo, primus imponit ei mitram adiuuante secundo.
3. Ad psalmos sedent recto capite, illud nudantes ad versum *Gloria Patri* & alios similes se inclinant. Primus intonat secundam Antiphonam stans, alio etiam stante, secundus quintam primo etiam stante.
4. Ad Capitulum stant nudo capite, & responso à Choro *Deo gratias*, secundus aufert mitram sicque stantes cum Episcopo manent, donec hymnus absolutus fuerit à Choro.
5. Intonata ab Episcopo Antiphona ad *Magnificat* primus imponit ipsi sedenti mitram, ipsi vero manent stantes nudo capite.
6. Cum Chorus incipit *Magnificat*, Episcopus procedit ad Altare medius inter illos caput denudatum habentes, & ibi statim ut accesserunt, secundus aufert mitram, & statim ambo

ambo adiuuant dum Altare ascendit, & similiter hinc inde assistunt dum Altare thurificat.

7. Altari incensato primus imponit ei mitram, & ambo comitantur eum redeuntem ad sedem suam, vbi postquam incensatus fuerit, secundus aufert mitram, & ambo thurificantur post Presbyterum assistentem duplici ductu.

8. Cum reperitur in Choro Antiphona, sedenti Episcopo primus imponit mitram, & ea finita secundus aufert.

9. Ad Orationem stant, & primus vertit folia & secundus à sinistris indicat orationem.

10. Responso à Choro *Deo gratias* primus iterum Episcopo mitram imponit, cum qua in sua sede, ipsis stantibus & se inclinantibus benedicit populo.

11. Finitis Vesperis dum Episcopus paramenta deponit in sua sede ipsum adiuuant, deinde depositis Dalmaticis & amictibus in habitu Canonicali eum comitantur.

TITVLVS VI.

De officio Diaconorum assistentium Episcopo in Missa solemni.

1. Episcopum solemniter Celebraturum, in habitu Canonicali ad Ecclesiam procedentem cum alijs de Capitulo comitantur, deinde ad sedem, vbi stant in habitu canonicali, & dum Episcopus dicit Psalmos *Quam dilecta*, & alios, respondent ei cum Assistente Presbytero.

2. Deinde quando Episcopus incipit se induere paramentis sacris prædicti Diaconi capiunt sua paramenta, id est Amictus, Dalmaticas super Rochettum aut superpelliceum: & dum parantur assistunt Episcopo duo alij Diaconi.

3. Postquam

3. Postquam Diaconi induiti fuerunt redeunt ad Episcopum, alijs recedentibus cum debitis reuerentijs, & mitram prætiosam Episcopo imponit primus Diaconorum.

4. Tum Episcopo parato, procedunt ad Altare manibus iunctis, nudo capite hinc inde à lateribus Episcopi salutantes chorum cum eo, factaque reuerentia Altari, stant, primus, scilicet, post Presbyterum assistentem, & secundus post Diaconum Euangelij, cedentes tunc eis hæc loca, ibique remanent donec Episcopus Altare thurificauerit, tunc primus facta altari reuerentia accedit per planum ad cornu Epistolæ, ubi imponit mitram Episcopo, vt thurificetur cum ea.

5. Post incensationem Altaris, comitantur Episcopum ad sedem redeuntem, facta debita reuerentia Altari, ibique secundus mitram aufert Episcopo antequam legat Introitum, & ad *Kyrieleyson* alternatim respondent, deinde iterum primus mitram ei imponit, & secundus Gremiale acceptum à ministro de eo seruienti, super Episcopi genua ponit, & Episcopo sedente ipsi pariter sedent recto capite.

6. Cantato *Kyrieleyson* ultimo à choro, secundus aufert Gremiale ab Episcopo, illudque tradit ministro, tum etiam mitram aufert, & cum Episcopus dicit *Gloria in excelsis* illud submissa voce simul complent.

7. Lecto dicto Hymno angelico ab Episcopo primus leuiorem mitram ei imponit, & secundus Gremiale tradit, & circa finem dicti Hymni à choro cantati, secundus aufert gremiale & mitram.

8. Dum Episcopus dicit *Dominus vobiscum* & *Oremus* ambo eleuant anteriores partes cappelæ ipsius, tum erecti ad orationem ostendunt Episcopo dicenda.

Z

9. Di-

Carem.
Episc. libo
1. c. 11.

9. Dicta oratione primus imponit mitram & secundus Gremialis & sedent donec Episcopus benedicat Diaconum, tunc enim stant, & Diacono cantante *Dominus vobiscum* pro Evangelio secundus aufert Gremiale & mitram.

10. Symbolum recitant cum Episcopo, in quo ad verba *Et incarnatus* &c. cum Episcopo genuflectunt, eoque dicto secundus imponit Gremiale, primus verò mitram, eoque etiam à choro decantato secundus aufert Gremiale & mitram.

11. Dicto offertorio ab Episcopo secundus imponit Gremiale, & primus mitram, ut lauet manus, & anulum & chirotecas auferunt ex ius manibus, usque lotis & tersis, anulum reponit primus.

12. Dum Episcopus procedit ad Altare illum comitantur ut prius, & stant in locis suis in plano ante Altare, ut prius, habentes post se subdiaconum quasi tamen in medio eorum, & nihil ministrant nisi primus qui imponit mitram, & statim post lotionem manuum eam aufert.

13. Post incensationem Presbyteri Assistentis ipsi immediate ante omnes incensantur successive & ad Eleuationem tantum genuflectunt, deinde surgunt posteam.

14. Postquam Presbyter Assistentis pacem accepit, ipsi pariter ad dextram Episcopi accedentes pacem accipiunt ante, & post genuflectentes non tamen osculantur Altare.

15. Completâ Missâ Episcopum comitantur ut initio ad sedem, sacrasque deponentem vestes adiuvant, & Episcopum recedentem vna cum alijs in habitu Canonicali associant.

16. Denique sciendum quod huiusmodi assistentia facienda sit tantum Episcopo loci ordinario,

nario, & nulli alteri, etiamsi sit legatus qui in se- *Episc. lib.*
de Episcopali sederet. *1. c. 80*

TITVLVS VII.

De officio Diaconi Euangelium cantaturi in Mis-
sa solemni Episcopo proprio ordinario loci
in sua sede Episcopali celebrante.

1. **D**iaconus ministraturus in Missa solemni,
in habitu canonicali Episcopum ad Eccle-
siam comitari debet, & dum alii accipiunt para-
menta sua, ipse quoque accipiet paramenta or-
dinaria præter manipulum, sicque paratus stabit
iuxta sedem Episcopi, etiam dum recitat Psal-
mos *Quam dilecta* & alios.

2. Postquam Episcopus lauerit manus, ipse
accedet ad eius dextram, & simul cum subdiacono
stante ad sinistram capiet Episcopi paramen-
ta de manibus Acolythorum, ea suo ordine fe-
rentium, & ipsdem Episcopum inducet. *Primò* of-
fert Episcopo Amictum osculandum in medio
ubi crux est, quem mox aptat diligenter circa
collum eius, vt vestium summitates omnino te-
gat, & chordulas ex illo pendentes post tergum
ductas & ante pectus reductas strictè colligat
deinde accipit Albam, quam circa collum eius,
humeros & brachia distendit & aptat; *tertio*
cingulum, quo Albam constringit recipiens à
tergo & ante pectus religans, postea accepta cru-
ce pectorali, eam ab Episcopo osculata imponit
eius collo, ita vt ante pectus pendeat, deinde of-
fert eidem stolam osculandam, quam super eius
humeros applicat, ita vt nec collum tegat, nec
transuersa sit in modum crucis, sed æqualiter

ante pectus pendeat. tum induit illum Turicella constringens chordulas super humerum eius dextrum & eodem modo Dalmaticam, deinde sedenti imponit chirotecas Diaconus quidem in dextra, Subdiaconus in sinistra deosculatis prius manibus & chirotecis; Postea iterum statim induit Planeta, ac demum in defectu Diaconorum assistentium Diaconus imponit mitram.

3. Episcopo parato, accipiens manipulum suum, procedet ad Altare nudo capite & iunctis manibus à sinistris Presbyteri assistentis.

4. Cum pervenerint ad Altare, in defectu Diaconorum assistentium, antequam Altari reverentiam faciant Diaconus aufert Episcopo mitram, quam dat ad manus ministri de ea servientis, deinde facta Altari cum Episcopo reverentia, stat ad sinistram Episcopi faciens confessionem cum eo & dicens: *Et tibi Pater, & te Pater & misereatur tui* conuersus ad Episcopam profundè se inclinabit.

5. Dum Episcopus ascendit ad Altare adiuuat eum, & transit ad dexteram ipsius, & osculato ab Episcopo libro Euangeliorum cum debitis reuerentiis & osculis; ministrabit incensum de more dicens *Benedicite Pater Reverendissime,* eumque adiuuat ad incensationem Altaris, quâ factâ ipsum Episcopum thurificabit ter, inclinans se profundè antè & post, & acceptâ benedictione ab eo inclinatus reddet thuribulum ministro.

6. Recedente Episcopo cum Diaconis assistentibus ad sedem suam Episcopalem, ipse remanet apud Altare in cornu Epistolæ, donec ad Altare redeat, ubi ante scabellum nudum pro ipso paratum stans versus Altare dicente Episcopo cum Assistentibus *Kyrie eleison*, ipse idem dicit
eum

cum subdiacono, & ipso Episcopo sedente ipse pariter sedet.

7. Cum Episcopus intonauerit Hymnum *Gloria in excelsis* stat, illumque stans vnà cum subdiacono simul & non alternatim, submissâ voce recitabit.

8. Dicto *Gloria in excelsis* sedebit capite tecto, ad orationes stabit iunctis manibus, & ad Epistolam sedebit.

9. Circa finem *Alleluia* sequentiæ, aut Tractus accipit librum Euangeliorum de manu Cæremoniarum & illum ad Altare defert ante pectus de more debitas faciendo reuerentias Episcopo & Altari. Tum ponet illum in medio Altaris, & inde factâ altari reuerentia accedit ad Episcopum comite cæremoniarum cum debitis reuerentiis eiusque manum osculatur. Deinde ad Altare rediens genuflexus in infimo gradu dicit *Munda sor meum &c.* & statim surgens capit librum de Altari, & expectat ad partem Epistolæ donec tempus sit eundi, tunc rediens ad Episcopum post omnes comministros profundè inclinatus petit ab eo benedictionem dicens *Iube Domine benedicere.*

10. Accepta benedictione omnium postremus vadit ad locum Euangelij, vbi illud cantat, incensans librum de more, eoque decantato, & facta reuerentia Episcopo, redibit ad locum suum debitam faciens reuerentiam Altari.

11. Cum Episcopus inceperit cantando Euangelium *Credo in unum Deum*, ipse cum subdiacono illud voce submissa prosequerur stans apud Altare ante scabellum suum, ita tamen ut non præire, sed subsequi debeat Episcopum, genuflectens cum eo ad Versum *Et incarnatus est.*

12. Lecto symbolo, Episcopo sedente, ipse pariter sedet, & cum à choro decantatur versus *Et*

incarnatus profunde se inclinatur sedens discooperi-
endo tamen caput.

13. Postea accedat ad Credentiam, & capit
Bursam cum corporali quam ad oculos usque e-
leuatam ambabus manibus ad Altare portat, in-
cedens solus graui & decoro in celsu, reuerentias
faciens Episcopo & Altari, ibique extrahit ex
Bursa Corporale quod explicat & extendit in
medio Altaris, collocans à parte Euangelii Bur-
sam, ita ut Altare non impediatur, & facta reueren-
tia Altari ibidem & Episcopo redit via breuiori
ad sedem.

14. Finito symbolo, & offertorio Episcopum
redeuntem ad Altare excipit in infimo gradu, &
à dextris eum adiuuat ascendentem gradus, &
cum eo ascendit retrahens se ad cornu Epistolæ,
ubi discooperit calicem de more, & porrigit Epi-
scopo patenam cum osculo manus ipsius dextræ.

15. Dum Episcopus dicit *suscipe sancte Pater*
Ecce ipse Diaconus extergit Calicem, & ex am-
pulla mittit vinum in Calicem, & post admittas
illi per subdiaconum paucas guttas aquæ offert
Calicem Episcopo cum debitis osculis, cum quo
tangens & ipse Calicem dicit *offerimus tibi Domi-
ne Ecce*. & posito per Episcopum Calice super
Corporali, ipse illum pallâ cooperit & patenam
de more tradit subdiacono regens eam extremitate
veli ab eius humeris pendentis.

16. Tum accedente Thuriferario, ministrat
nauculam, & adiuuat Episcopum thurificantem
oblata & Altare, supponendo sinistram brachio
illius, & tenendo pedem Calicis dextra, quem
remouet, & eum reponit, quando opus est ut fu-
sus dictum est supra de officio Diaconi sacerdo-
te celebrante.

17. Finita Altaris incensatione, & accepto
thuribulo, incensat Episcopum de more cum de-
bitis reuerentiis & cum benedictione ab eodem

dens discoope.

riam, & capit
oculos vsque e
tare portat, in-
flu, reuerentias
que extrahit ex
& extendit in
Euangelii Bur-
facta reueren-
it via breuiori

rio Episcopum
afimo gradu, &
m gradus, &
ornu Epistolæ,
& porrigit Epi-
s ipsius dextræ.
ipe sancte Pater
em, & ex am-
post admittas
as aquæ offert
culis, cum quo
irus tibi Domi-
Calice super
erit & patenam
eam extremi-

s.
rio, ministrat
thurificantem
stram brachio
dextra, quem
opus est vt fu-
aconi sacerdo-

, & accepto
more cum de-
one ab eodem

Episcopo, mox incensat Presbyterum assistentē,
duos Diaconos, Dignitates, Canonicos & Sub-
diaconum. Quo facto dato thuribulo Thurifera-
rio, ipse stans inter duos Diaconos assistentes
thurificatur in loco suo, vbi stat vsque ad finem
Præfationis,

18. Circa finem Præfationis accedit cum de-
bitis reuerentiis ad dextram Episcopi, vbi dicit
cum eo *sanctus de more*, & statim redit ad prædi-
ctum locum.

19. Paulò antequam Episcopus eleuet SS. Sa-
cramentum genuflectit ad eius dexteram, & si-
nistra eleuat aliquantulum Planetam. Reposita
Hostia super Corporale, & post genuflexionem
Episcopi, surgit, detegit Calicem, & statim ge-
nuflectit & iterum planetam subleuat, dum Epi-
scopus Calicem eleuat, quem super corporale re-
positum pallâ tegit, genuflectit, surgit & post
Celebrantem redit.

20. Cùm Episcopus dicit verba Canonis *Be-
nedicis & prestas &c.* ipse accedens detegit Cali-
cem, & quoties Calicem detegit toties, vt alias
genuflectit. Et cùm celebrans signat Calicem
cum hostia dicens *Per ipsum* retinebit duobus di-
gitis manus dextræ pedem Calicis, & reposita
Hostia super Corporale, tegit Calicem pallâ &
redit ad locum suum.

21. Dum Episcopus dicit *Et dimitte nobis fa-
cta genuflectione ascendit ad cornu Epistolæ, &
accipit Patenam de manu subdiaconi cum puri-
ficatorio deterfam, osculatamque ab ipso ponit
eam in manu dextræ ipsius Episcopi, quam etiam
osculatur, & discooperit Calicem, & postea tegit
eundem, & ad locum suum redit.*

22. Dicto per celebrantem *Pax Domini* iterum,
accedit & cum eo dicit *Agnus Dei &c.* & postea
cum debitis genuflexionibus accedit ad librum

ubi supplet locum Presbyteri assistentis, donec redeat ab osculo pacis.

23. Si facienda sit communio, postquam Episcopus se communicauerit, ipse Diaconus inclinatus in cornu Epistolæ, facit confessionem de more.

24. Postquam Episcopus ablutionem digitorum sumplerit Diaconus imponit mitram Episcopo, quam lotis ipsius Episcopi manibus iterum aufert, & vadit post eum, & dicto *Domine vobiscum* post ultimam orationem, ipse conuersus ad populum cantat *Ita missa est*.

25. Deinde osculato ab Episcopo Altari antequam det benedictionem, imponit capiti eius mitram, nisi sit Archiepiscopus, qui sine mitra ob reuerentiam crucis benedicit, & dum Episcopus dat benedictionem genuflectit, nisi sit Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ aut Cathedralis.

26. Si celebrans sit Archiepiscopus, & cum pallio celebrauerit, data benedictione, & publicata Indulgentia Diaconus extrahit illi pallium, & super Altare illud deponit. Denique comitatur Episcopum ad sedem, ubi illum exuit sacris peramentis, quo exuto & non prius etiam ipse sua deponit & recedit in pace.

TITVLVS VIII.

De officio Diaconi in Missa solenni, celebrante Episcopo non in sua sede, sed faldistorio.

1. **D**iaconus ministraturus Episcopo non in sede Episcopali, sed faldistorio in cornu Epistolæ collocato celebranti, tempore congruo induit se suis paramentis sacris, præter manipulum, & aduentum ipsius Episcopi opportunè expectat.

2. Post-

stentis, donec

, postquam E-
se Diaconus in-
t confessionem

lutionem digi-
nit mitram E-
pi manibus ire-
dicto *Domine*
a, ipse conuer-

po Altari an-
nit capiti eius
qui sine mitra
& dum Episc-
e sit, nisi sit
æ aut Cathe-

us, & cum
one, & publi-
illi pallium,
ique comita-
exiit sacris
us etiam ipse

I.
celebrante Epi-
torio.

opo non in
orio in cornu
mpore con-
prætermi-
pi opportu-
2. Post-

2. Postquam Episcopus aduenerit, accedit ipsam & cum eo, procedit ad faldistorium, ibique assistit Episcopo ad sinistram ipsius, legitque cum eo alternatim Psalmos *Quam dilecta*, &c. & alios.

3. Quibus finitis suo tempore induit Episcopum paramentis acceptis de manibus Acolythorum ea ex Altari ordine afferentium ipse à dextris & subdiaconus à sinistris, sed Diaconus principaliter omnia operatur, & subdiaconus solum adiuuat, ubi opus est, modo, titulo præcedenti, præscripto.

4. Postquam Episcopus omnibus paramentis suis indutus fuerit, accepto manipulo suo procedit cum Episcopo ad Altare, incedens à sinistris Episcopi, ad dextrum vero Presbyter assistens.

5. Cum peruenerint ante Altare antequam illi reuerentiam facient, Diaconus aufert Episcopo mitram, quam dat ad manus ministri de ea seruientis, deinde factis altari reuerentiis cum Episcopo, Diaconus stans à sinistris ipsius respondet ipsi facienti Confessionem.

6. Facta Confessione retrahit se ad latus Epistola ubi ministrat more solito Nauculam cum Cochleari & thuribulum Episcopo, eique thurificanti Altare assistit, & in fine huiusmodi thurificationis eum triplici thurificat ductu.

7. Recedente Episcopo ad Faldistorium suum, ipse à sinistris ipsius comitatur eum, ibique aufert ipsi mitram quam ad manus de ea seruientis tradit, eique sub Introitu assistit, & ad *Kyrie eleison* alternatim ei respondet, deinde ipsi sedenti imponit mitram, atque sedet post ipsum in scamno à dextris Presbyteri assistentis.

8. Absoluto à choro ultimo *Kyrie eleison* surgit, & aufert mitram Episcopo tradendam ministro

nistro de ea seruienti, & *Gloria in excelsis* ab Episcopo intonatum, submissa voce prosequitur cum ipso vsque ad finem.

9. Lecto cum Episcopo *Gloria in excelsis* Episcopo sedenti imponit mitram, & post eum sedet cooperta capite donec dictus Hymnus per chororum absoluitur, non omittens inclinationes sub ipso Hymno debitas.

10. Postea quando per Episcopum dicendum est *Dominus vobiscum* auferit mitram, quam eidem imponit dictis omnibus orat. omnibus, usque dictis sed ante Episcopum ipse pariter sedet vsque ad finem *Alleluia* sequentiæ aut Tractus 1. tunc enim surgit accipiens de manu Cæremoniarum librum Euangeliorum, quem ambabus manibus præmissis debitis reuerentiis Episcopo & Altari portat ad Altare eiusque medio imponit.

11. Collocato libro in Altari ministrabit Episcopo Cœblear & Nauculam pro imponendo thure, Deinde vadit medium Altaris ubi genuflexus dicit more solito *Munda cor meum &c.* atque resumpto libro, rursus accedit Episcopum, ante quem genuflexus ab eo petit benedictionem, qua habita osculabitur manum Episcopi, & recedens ad locum Euangelii, idem sonora & amabili voce cantabit cæremoniis & ritibus aliis præscriptis.

12. Cantato Euangelio postquam illud osculatus fuerit Episcopus eundem triplici thurificabit ductu, deinde accedens Episcopum cum eodem legit *Credo* genuflectens & inclinans cum eo ut alias sub eodem.

13. Lecto symbolo imponit capiti Episcopi mitram & post eum sedet, donec idem per chororum absolutum fuerit, tunc enim surgens auferit Episcopo mitram, quam dicto offertorio eidem rursus imponet, extrahitque ipsius chirotecas ut lauet manus.

14. Cum Episcopus redit ad Altare ipse à sinistris ipsius incedit, atque in Altari omnia peragit sicut in præcedenti titulo traditum est.

TITVLVS IX.

De officio subdiaconi in Missa Pontificali celebrante Episcopo loci proprio & ordinario in sua sede Episcopali.

1. **S**ubdiaconus eodem loco, modo, & tempore quo Diaconus, qui & ipse de numero Canonicorum esse debet, comitari debet Episcopum ad Ecclesiam procedentem, & accipiet sua paramenta, quæ eadem ferè sunt, quæ superius Diacono conueniunt, excepta stola, & accipiet super albam Tunicellam, quæ habet manicas strictiores & longiores Dalmatica Diaconi.

2. Cum Episcopus incipit legere Psalmos *Quam dilecta &c.* affert illi de Credentia caligas & sandalia, quæ portat cum debitis reuerentiis ambabus manibus super bacili velo tecta, & adiuantibus scutiferis Episcopi induit, detractis prius calceis ordinariis eius, primò tibiam & dextrum pedem Episcopi, mox sinistrum genuflexus.

3. Quibus peractis, suo tempore adiunat à parte sua Diaconum, dum Episcopum induit, cum opus erit, quia præcipuè id Diaconus operatur.

4. Episcopo parato capit manipulum suum & non prius & procedit ad Altare immediatè ante Diaconum librum Euangeliorum clausum ante pectus portans, cui inclusus erit manipulus Episcopi.

5. Episcopo facienti Confessionem, ipse parat

retro stans post Diaconum Euangelij responder simul cum presbytero assistente, & Diacono, atque interim deponit prædictum librum in manibus cæremoniarum prope se genuflexi, & cum Episcopus dixerit *Indulgentiam absolutionem &c.* ipse manipulum ex libro acceptum à latere osculatur, & Episcopo osculandum porrigit, mox osculata manu illius imponit sinistro eius brachio.

6. Facta confessione ascendit cum Episcopo ad Altare per partem Euangelii & eidem adiuuante Presbytero assistente, porrigit dictum librum Euangeliorum apertum, ubi est principium Euangelii illius Missæ osculandum, mox tradens dictum librum cæremoniarum aut alteri.

7. Dum Episcopus incensat Altare assistit à sinistris ipsius, & transiens ante medium Altaris semper inclinatur, post thurificationem vero Altaris accedit ad cornu Epistolæ, ubi stat à sinistris Diaconi dum ipse Episcopum thurificat.

8. Deinde procedente Episcopo ad sedem suam Episcopalem ipse remanet apud scabellum suum paratum cum Diacono, ubi cum eo stat, vel sedet prout tempus requirit, dicens cum Diacono tempore suo *Kyrie eleison & Gloria in excelsis. stando*, sicut etiam iurgit dum Episcopus dicit Orationes.

9. Circa finem orationis ultimæ accipit de manu Cæremoniarum librum Epistolarum, & factis reuerentiis Episcopo & Altari, comitante Cæremoniarum in loco consueto, cantat Epistolam, quæ completa cum debitis reuerentiis, accedens ad Episcopum profundè inclinatur librum super eius genibus ponit, & eius manum super librum positam osculatur, & accepta ab eo benedictione, redit ad Altare, ubi expectat tempus eundi ad Euangelium stans vel sedens, prout alii,

10. Ad

10. Ad Euangelium immediatè ante Diaconum procedit manibus iunctis, & illi cantanti Euangelium, librum solito more ambabus manibus tenet ante pectus apertum; stans immobilis.

11. Finito Euangelio, tenens adhuc librum apertum nulla prorsus facta reuerentia, illum offert osculandum Episcopo in loco ubi est principium Euangelii, quo osculato, & clauso libro, parum retrahit se & inclinatur se profundè Episcopo & redit ad locum suum, ubi stat, aut sedet ad symbolum ut Diaconus, illudque dicit cum eo, & dum ipse Diaconus defert bursam corporali-um ad Altare, ipse stat nudo capite donec redierit.

12. Postquam Episcopus lauit manus post offertorium, ipse accedit ad credentiam, & extenso sibi, adiuuantibus Acolythis circa humeros velo longo, quo calix & alia cooperiebantur, ita ut à latere dextro longius pendeat, & acceptum calicem de more defert ad cornu Epistolæ, eo tempore, quo Episcopus illuc peruenerit, & alia peragit ut in missa communi, dicens tamen Episcopo *Benedicite Pater Reuerendissime*, dum offert aliquam benedicendam.

13. Post oblationem panis & vini ab Episcopo factam, accipit de manu Diaconi patenam quam veli extremitate, iuuante Cæremoniario contegit, eamque eleuatam sustinet in loco suo usque ad *Pater noster*, ubi etiam incensatur, id est in plano retro post Episcopum, quasi in medio Diaconorum assistentium, nec mouet se, nisi ad eleuationem sacratissimi sacramenti genuflectit; quo eleuato statim surgit.

14. Cum Episcopus dicit *Et dimitte nobis &c.* cum debitis reuerentiis accedit ad Altare, ubi tradit patenam Diacono, & ipse deposito velo redit

redit ad locum suum, & si Diaconus stare debeat ad librum, ipse supplet à dextris Episcopi pro Diacono discooperiendo calicem vinum purificationis infundendo & ablutionem digitorum in Calicem.

15. Deinde tergit Calicem de more, dum Episcopus lauat manus, & eum ad credentiam reportat, mox redit ad Episcopum, & ad benedictionem Episcopalem genuflectit.

16. Finita Missa comitatur Episcopum eum præcedendo sine libro ad sedem suam, ibiq; adiuvat Diaconum in exuendo Episcopum.

17. Quæ fortè hic desiderantur, poterunt intelligi ex his quæ de officio subdiaconi in tertia parte dicta sunt.

TITVLVS X.

De officio subdiaconi in Missa solemni celebrante Episcopo in Faldistorio.

1. **S**ubdiaconus ministraturus Episcopo celebranti in faldistorio ritus præcedenti titulo præscriptos adhibet omnes omnino, mutatis tantum sequentibus.

2. Recedente Episcopo post primam thurificationem Altaris ad faldistorium suum ipse non remanet apud Altare sed sequitur eum ad faldistorium, ibique stans post eum legit suo tempore cum eo *Kyrie eleison, Gloria in excelsis, & Credo*, & quando sedendum est, sedebit post illum à sinistris Presbyteri Assistentis, & si Episcopus utatur Gremiali ipse semper tradit & aufert Gremiale, nisi ubi necessitas aliud suadeat.

2. Post

aus stare debeat
 is Episcopi pro
 em vinum pu-
 tionem digito-

more, dum E-
 credentiam re-
 & ad benedi-

Episcopum cum
 ram, ibiq; ad-
 scopum.

r, poterunt in-
 acioni in tertia

X.
 mmi celebrantē
 o.

Episcopo cele-
 cedenti ritu-
 nino, mutatis

primam thuri-
 m suum ipse
 quitur eum ad
 eum legit suo
 a in excelsis, &
 se debet post il-
 is, & si Episco-
 radit & auferit
 suadeat.

3. Post

3. Post decantatam Epistolam ipse osculara
 manu Episcopi, genu flexus tenebit ante illum li-
 brum Missalis, ex quo leget Epistolam & alia vs-
 que ad Euangelium inclusiue.

TITVLVS XI.

De Ministro seruiente ad Baculum pasto-
 ralem.

1. **Q**uoties Episcopus vtitur Mitra in sua
 Diocesi, & etiam alibi, cum scilicet con-
 secrationes, ordinationes, vel benedictiones
 auctoritate Apostolica facit, toties debet vti Ba-
 culo.

2. Minister de Baculo semper debet esse in-
 ductus super pelliceo, & si sit consuetudo, etiam
 Pluuiati; quando eum tenet manu dextra extre-
 mitate superpellicei tecta illum sustinet, nullo
 panno aut velo ab ipso pendente, quia Abbatum
 est, & aliorum inferiorum gestare baculum cum
 velo, nudum, cum opus fuerit, Episcopo offert,
 cum osculo ipsius & manus Episcopi, parte cur-
 ua baculi ad populum conuersa. Et si forte ali-
 quis alba esset indutus conuenit, vt habeat ve-
 lum pendens de collo eius.

3. In Processionibus, si longiores sint, aut E-
 piscopus SS. Sacramentum, aut sacras Reliquias
 deferat Minister immediatē ante Episcopum in-
 cedens deferet Baculum ambabus manibus su-
 perpellicei manicis coopertis à terra eleuatum;
 si tamen Processio sit breuis, aut nihil in mani-
 bus gestet conuenit vt Episcopus eum deferat
 sinistra, dextra sua benedicens populum, tunc
 Minister de eo seruientis sequitur cum alius Epif-
 copum.

4. In

4. In Vesperis Minister de Baculo seruiens tradit Episcopo Baculum *primò* cum Episcopus paratus accedit ad sedem suam de sacristia, sibi paramenta acceperit, quem ibidem recipit. *Secundò*, cum procedit ad Altare incensandum; quem recipit ante gradum Altaris, antequam Episcopus Altare ascendat. *Tertiò* Dum absolutà thurificatione reuertitur ad sedem suam, quem tunc non recipit nisi decantato à choro cantico *Magnificat*. *Quartò* in fine quando Episcopus daturus est benedictionem.

5. In Missa solenni tradit Episcopo baculum *Primò* dum paratus suis paramentis procedere vult ad Altare, quem recipit à sinistris Episcopi postquam Episcopus peruenerit ante Altaris gradum, atque ibidem in plano ipsius cornu Euangelii genuflectit dum fit confessio: atque aliis surgentibus surgit cum ipsis, Baculum sustinebit donec facta sit thurificatio Altaris *Secundò* Postquam Episcopus à Diacono thurificatus fuerit, reddet ipsi Baculum, recipiens eum dum Episcopus venerit ad sedem aut sedistorium suum, quem tunc sustinebit stans loco congruo prope Episcopum donec Diaconus incipiat cantare Euangelium. *Tertiò*. Postquam Diaconus incipit *Dominus vobiscum* pro decantatione Euangelii tradit Baculum Episcopo, quem finito Euangelio statim recipit *Quartò*. Dicto offertorio, lotisque manibus ab Episcopo, offert eidem rursus baculum, quem recipit dum Episcopus ante infimum Altaris gradum venerit, atque eundem sustinet stans in latere Euangelii vsque ad dandam benedictionem ab Episcopo. *Quintò* cum in fine Missæ Episcopus incipit producere signum crucis genuflexus in cornu Euangelii ad sinistrum latus Episcopi tradit eidem Baculum pastorem, atque ibidem manens genuflexus recipit eundem

ibi

Baculo seruientis
cum Episcopus
de sacristia, sibi
idem recipit. Se-
te incensandum;
ris, antequam E-
Dum absolutam
em suam, quem
a choro cantico
do Episcopus da-

ibidem data benedictione Pontificis. *Sexto*, In fine
ne Missæ dicto Euangelio S. Ioannis aut alio in
superiori gradu Altaris reddit Baculum, quem
recipit in loco, vbi Episcopus depositurus erit
paramenta.

6. Denique utitur Episcopus Baculo in om-
nibus actibus pontificalibus, quando verò tunc
minister de eo seruientis traditurus sit ex libro
Pontificalis, aut autu cæremoniarii colliget.

TITVLVS XII.

De Ministro seruiente ad Mitram.

1. **M**inister seruientis ad mitram, super pelliceo
mundo indutus esse debet, & velum ob-
longum sericeum coloris officio Missæ conue-
nientis à collo pendens gerere, quo utitur ad mi-
tram sustinendam, ne illam nudis manibus tan-
gat.

2. Cum mitram recipit & sustinet habere de-
bet vittas seu infulas illius versus se, & eum de-
ponit super Altari, aut Credentia vittæ exterius
pendeant.

3. Quando illam præbere debet Diacono, aut
alteri, qui eam Episcopo imponat, aduertat ve-
rili modo præbeat, quo illam facillè possit Epif-
copo imponere, & similiter aduertat modum,
quo ab eodem cum ipsam amouet, eam debeat
recipere, & semper ipse adhæreat lateri illius qui
eam imponit, aut aufert, ad quod diligenter at-
tendere debet. Tradet autem recipitque tempo-
re Missæ in sequentibus casibus. *Primo* quando
Episcopus indutus fuerit casula, quam recipit
dum Episcopus peruenerit ante infimum gra-
dum Altaris pro facienda confessione. *Secundo*.
Post-

Episcopo baculum
entis procedere
inistris Episcopi
rit ante Altaris
o ipsius cornu E-
fessio: atque aliis
culum sustinebit
is *Secundo* Post-
ificatus fuerit,
am dum Episco-
istorium suum,
congruo prope
piat cantare E-
iaconus incipit
one Euangelii
finito Euange-
fertorio, locu-
rt eidem rursus
opus ante infi-
eundè sustinet
dandam bene-
am in fine Mis-
signum crucis
sinistrum la-
n pastoralem,
recipit eundem
ibi-

Postquam Episcopus thurificauerit Altare, tradit mitram, recipitque apud sedem Episcopalem aut faldistorum dum lecturus est Introitum. *Tertiò*. Tradit mitram quando Episcopus absoluerit legendo Introitum & *Kyrieelison*, recipitque dum intonaturus est *Gloria in excelsis*. *Quartò*. Tradit mitram simpliciore[m] dum Episcopus absoluerit legendo Hymnum Angelicum, recipitque Episcopo dicturo *Dominus vobiscum* ante orationem. *Quintò* Præbet mitram de cantatis ab Episcopo orationibus, recipitque dum Diaconus incipit cantare Euangelium. *Sexto* Porrigit mitram, lecto ab Episcopo symbolo, recipitque finito à choro symbolo. *Septimò* Tradit mitram lecto per Episcopum offertorio, recipitque ante infimum gradum Altaris ascensurus Altare. *Octauò* Tradit mitram postquam Episcopus thurificauerit Altare, recipitque statim vt terferit manus. *Nonò* Porrigit mitram dum Episcopus in fine missæ dixerit *Placeat tibi &c.* recipitque data ab Episcopo benedictione. *Decimo* Tradit mitram dicto Euangelio S. Ioannis, recipitque apud sedem depositurus paramenta.

4. Mox vt mitram accepit ab aliquo, statim facta Episcopo genuflexione ad locum suum redit, cum tenens ambabus manibus ante pectus eleuatam; sed si breui temporis spatio, esset Episcopo imponenda, tunc non perit locum suum, sed paulisper expectat, donec mitra sit imponenda stans à latere illam imposituri, si commode fieri possit.

5. Locus eius est regulariter quando Episcopus est in Altari à parte Epistolæ, apud sedem verò ad sinistram partem Episcopi, prope eum qui eam impositurus aut ablaturus est; cum Episcopus vadit ex Sacristia ad Altare, ab Altari ad sedem, aut sacristiam, sequitur eum.

6. In Processionibus illis quando Episcopus mitram habet in capite ipse incedit à sinistris ministri baculum deferentis. In aliis autem processionibus quando Episcopus non utitur mitra veluti sacratissimi Sacramenti Processionibus, ipse sequitur immediatè post Episcopum sustinens mitram ambabus manibus.

TITVLVS XIII.

De officio Ministri seruiantis ad librum.

1. **M**inister de libro seruiens superpelliceo indutus curabit, vt signacula in eo rectè suo loco sint disposita, ne cum aliquid ex eo cantandum seu legendum est, indecenter huc illuc folia vertere cogatur.

2. Quando Episcopus libro utetur, ipse cum Ministro seruiente de candela facta genuflexione Altari & Episcopo ad ipsam accedens eundem librum apertum ante eius faciem super caput sustinebit ambabus manibus ab inferiori parte libri positus, alius vel demissius pro commoditate Episcopi, genuflexus quidem cum Episcopus sedebit, vel stans ipso stante, nec tenens librum se mouebit aut genuflectet, etiam si Episcopus & alii omnes genuflecterent, cum instar pulpiti sit.

3. Ad Missam tenebit ante Episcopum librum.

1. Quando Episcopus lecturus est Psalmos præparatorios ante Missam, vsque dum omnibus paramentis pontificalibus indutus fuerit. Deinde recedens cum libro genuflectet prope Credentiam sub Confessione. 2. Dum Episcopus ex Altari reuersus fuerit ad sedem aut faldistoriũ suũ, ibiq; lecturus Introitũ & *Kyrieelison*, quibus autẽ lectis

lectis recedit cum alio seruiente ad Buciam ad locum Credentia. 3. Finito ultimo *Kyrie eleison* per chorum rempestiue cum debitis reuerenciis tradit librum Presbytero Assistenti, qui illum ante Episcopum sustinebit ad *Gloria in excelsis Deo*, & ipse à sinistris Presbyteri assistentis stans adiuuabit Presbyterum in sustentatione illius, cantatisque ab Episcopo quatuor illis verbis, ipse totaliter solus sustentat librum ante Episcopum, donec dictus hymnus Angelicus ab Episcopo lectus & absolutus fuerit, tunc recedit cum libro ad Credentiam. 4. Absoluto à Choro hymno Angelico tradit librum Missalis Presbytero Assistenti, qui eum ante Episcopum sustinet donec omnes orationes ab Episcopo decantatae fuerint, iisque finitis recipit librum, & cum eo recedit ad Credentiam. 5. Cantatâ Epistolâ per subdiaconum sustentat librum ante episcopum genuflexus vt ex eo legat Epistolam Graduale, Alleluia & Euangelium, iisque lectis ab Episcopo recedit cum libro ad Credentiam. Si autem Episcopus celebret in Faldistorio subdiaconus tenet librum ante Episcopum dum prædicta leguntur ab Episcopo. 6. Decantato à Diacono Euangelio refert librum ad Episcopum, quem tradit Presbytero Assistenti ad sustentandum ante eum vt Episcopus intonet *Credo*, eo que intonato statim ipse recipit librum tenerque ante eum, donec legendo absoluerit dictum symbolum, eo que absoluto recedit ad Credentiam. 7. Absoluto à choro symbolo accedit Episcopum cum libro, quem sustentat ante eum dum lecturus est offertorium, illoque finito defert librum ad cornu Euangelii, ino xque recedit ad credentiam, vbi se adiungit aliis ministris vsque ad finem Missæ. 8. In fine Missæ quando Episcopus exutus fuerit suis paramentis tenet librum ante Episcopum

ad Buciam al
 imo Kyrie eleison
 pitis reuerentiis
 ti, qui illum
 Gloria in excelsis
 assistentis stans
 tatione illius,
 illis verbis, ipse
 te Episcopum,
 s ab Episcopo
 cedit cum libro
 Choro hymno
 Presbytero As-
 sustinet donec
 ansata fuerint,
 eo recedit ad
 per subdia-
 copum genu-
 aduale, Alle-
 Episcopo re-
 item Episco-
 onus tenet li-
 sta leguntur
 cono Euan-
 quem tradit
 um ante eum
 ntonato sta-
 te eum, do-
 bolum, eo-
 7. Abso-
 copum cum
 lecturus est
 rum ad cor-
 dentiam, v-
 fiaem Mis-
 pus exurus
 ante Episco-
 pum

De officio Thuriferarii celebrante Episcopo. 549
 pum vt ex ipso gratiarum actiones legere possit,
 quibus absolutis recedit in pace.

TITVLVS XIV.

De officio Thuriferarii celebrante Episcopo.

1. **I**Pse debet aliquantò robustior esse cæteris,
 quo pondus thuribuli & nauicula sustenta-
 te possit, illaque deferre debet vt in eius officio
 communi supra dictum est.
2. Aduertat autem quod si celebret Episcopus
 in propria Ecclesia, ministratur incensum in se-
 de, si in aliena, in faldistorio semper tradit Naui-
 culam thuris Presbytero assistenti, si Episcopus
 sit in sede, Diacono verò si in faldistorio, aut ad
 Altare in Missa.
3. Ad vesperas initio Cantici *Magnificat* mi-
 nistratur in sede. In Processionibus antequam
 procedatur etiam in sede.
4. In missa solemni, nisi celebretur pro de-
 functis, quater adhibetur incensum *Primò* sta-
 tim post factam Confessionem ab Episcopo. *Se-
 cundò* circa finem Alleluia, sequentiæ aut Tra-
 ctus accedit & præbet Nauiculam, & thuribu-
 lum ad imponendum thuribus ab Episcopo, eoque
 imposto reuersus ad Altare expectat ibi cum a-
 llis donec tempus sit eundi ad cantandum Euan-
 gelium, & tunc procedat cum illis ante Cerofo-
 rarios ad Episcopum, ante quem genuflectet,
 donec Diaconus acceperit benedictionem, &
 tunc eodem ordine progredietur ad locum E-
 uangelii, vbi se gerit vt in officio communi ip-
 sus præscriptum est, finitoque Euangelio cum a-
 llis reuersus ad Episcopum porriget ibidem thu-
 ribulum. *Tertiò* post oblationem panis & vini et-
 iam

iam in Missis defunctorum ministrabit nauiculam & thuribulum ordine & modis supra positus. *Quartò* ad eleuationem SS Sacramenti.

TITVLVS XV.

De officio Acolythorum celebrante Episcopo.

1. **H** duo Ministri Ceroferarii induti esse debent superpelliceis mundis, & dum Episcopus suis induendus est paramentis, ea deferunt suo ordine cum debitis reuerentiis ad Episcopum.

2. Deinde manent apud Credentiam, donec incipiendum sit Euangelium, tunc enim antequam vadant ad locum Euangelii, accedunt ad Episcopum cum candelabris & cereis & ante illum genuflectant donec dederit Diacono benedictionem deinde surgentes accedunt ad locum Euangelii ubi collocant se hinc inde à lateribus subdiaconi tenentis librum Euangeliorum, & cum alii se signant, inclinant aut genuflectunt sub Euangelio, ipsi cum subdiacono perstant velut immobiles. Finitoque Euangelio, cum debitis reuerentiis eodem ordine reuerentes, reponunt candelabra super credentia.

3. Circa offertorium adiuuant subdiaconum apud Credentiam in extendendo velo circa humeros illius. Eundemque subdiaconum Calicem ad Altare portantem vnus sequens portabit vrceolos vini & aquæ super peluicula pariter dispositos, eisque in cornu Epistolæ opportunè subministratis eos reponat ad Credentiam.

4. Finit.

4. Finita Præfatione funalia seu intortitia accensa afferent, & factis debitis reuerentiis genuflectent hinc inde à lateribus subdiaconi tenentis patenam, & post elevationem Calicis cum aliis surgentes factis debitis reuerentiis discedent & funalia extinguent, nisi aliqui sint communicandi, quo casu, prout etiam in diebus ieiuniorum, & in missis pro defunctis cum illis accensis genuflexi manebunt vsque ad peractam communionem.

5. Finita Missa resumentes candelabra cum cereis de Credentia præmissis debitis reuerentiis redeunt prout venerant, depositisque candelabris adiutant in reponendis paramentis pontificalibus.

6. In vespertis quando Episcopus paramentis indutus procedit è sacristia, aut alio loco ad sedem suam præferunt candelabra cum cereis accensis, & cum peruenerint ad Altare, ibi consistentes hinc inde à lateribus eorum, factis cum illis debitis reuerentiis, statim discedunt, ad latera Altaris, vbi super gradu vel plano inferiori deponunt candelabra extinctis cereis.

7. Dum cantatur Antiphona ante *Magnificat* accedentes ad Altare cum debitis reuerentiis eleuabunt hinc inde anteriorem partem superioris robaleæ seu velo super Altari positi, illam conduplicando vsque ad medium, & thurificato Altari reducent prout erat super Altari.

8. Dum repetitur Antiphona post *Magnificat* accensis prius cereis deferent candelabra ad Episcopum & tenebunt ante illum hinc inde facibus ad inuicem versis, donec absoluta fuerit Oratio & repetitum *Dominus vobiscum*, tunc enim factis genuflectionibus Episcopo redeunt ad

4. Fini.

ad Altare, vbi in suo loco reponunt candelabra sua.

9. Postremò iuuant in reponendis paramentis pontificalibus more solito.

TITVLVS XVI.

De Ministro ad candelam seruiente.

1. **A** Colythus candelam accensam deferens dextra, ex instrumento quod Bucia dicitur, super pelliceo indutus esse debet cum socio suo de libro seruiente, & cum eo pari disciplina procedet.

2. Dum Episcopus legit Psalmos *Quam dilecta* etc. orationes ad paramenta, Introitum Missæ, *Gloria in excelsis* Orationem, Epistolam cum Graduali; symbolum, Offertorium, aliaque in Missa semper lumen ministrabit, & regulariter cum socio suo ad librum seruiente à dextris Episcopi, etiamsi aer sit lucidus & Episcopus lumine non egeat ad legendum. Cum verò Episcopus est ad Altare, Minister de libro ad illud accedere non debet, cum eo opus non sit, sed sufficit ille de candelam.

3. Ad Vesperas cum Episcopus incipiat primam Antiphonam, Hymnum, Antiphonam ad *Magnificat* & cantabit orationem, candelam etiam sustinere debet à dextris Episcopi.

4. Quando Episcopus de sua sede ad Altare procedit aut ad faldistorium descendit, semper eum sequitur cum ministro de libro, si opus est, & quando redit, eum sequuntur, hoc est initio Missæ, & post offertorium, non verò quando ad Vesperas thurificaturus est Altare.

5. Quando Episcopus priuatim celebrat, ipse qui

onunt candelabra
onendis paramen-

serviente.

centiam deferens
quod Buciadici-
debet cum socio
eo pari disciplina

Amos *Quam dile-*
Introitum Mis-
Epistolam cum
ium, aliaque in
, & regulariter
e à dextris Epi-
scopus lumine
verò Episcopus
illud accedere
ed sufficit ille de

s in tonabit pri-
Antiphonam ad
candelam er-
scopi.

sed ad Altare
endit, semper
ro, si opus est,
hoc est initio
erò quando ad
celebrat, ipse
qui

De officio scutiferorum seu familiarium &c. 333

qui de libro inseruit lumen ministrare debet, cum opus est, nimirum dum Episcopus aliquid ex libro legit. Alter ampullas ministrabit & Calicem aprabit, eum cooperiendo & discooperiendo. Ambo ministrabunt ad lotionem manuum, mantile hinc inde sustinendo, & etiam ministrabunt cum Episcopis sacris induitur vel exiit vestibus.

TITVLVS XVII.

*De officio scutiferorum seu familiarium
Episcopi.*

1. Scutiferi induti decenti habitu clericali, si-
ue superpelliceis, non autem calcatibus &
armis regulariter stare debent ad Credentiam
nudo capite, facie ad Episcopum conuersa, nec
inde discedunt, nisi quando Episcopum exiunt
& calceant communibus indumentis & calcea-
mentis. Ad minus duo, & ad summum quatuor
assistere debent, & seruiunt ad lotionem ma-
nuum Episcopi incipiendo à iunioribus, vnus-
quisque per ordinem vice sua. Quater enim Epi-
scopus in Missa solemni lauat manus, *Primò* se-
dens antequam capiat paramenta, deposita cap-
pa seu Mantiletto recto capite. *Secundò* post of-
fertorium in sua sede cum mitra sedens. *Tertiò*
post incensationem oblatoium ad Altare cum
mitra. *Quartò* post factam communionem &
sumptam abluitionem digitorum stando & cum
mitra.

2. Scutiferi eundo & redeundo pro mini-
stranda aqua semper genuflectunt vsque ad ter-
ram ante Altare, sicut etiam ante Episcopum, &
aduertere debent ne aquam lotionis in terram

*Cavens.
Episc. lib. 8.
c. 11.*

proijciant, sed in pelui prope Credentiam ad id
præparata effundant.

3. Curam habere debent discalceandi Episco-
pum calceis communibus ante Missam, & eum
calceandi post eam & calceamenta in loco con-
gruo seruare debent.

TITVLVS XVIII.

*De Vesperis solemnibus per Episcopum in crastinum
celebraturum solemniter habendis.*

1. **C**VM sacre solennitates regulariter à pri-
mis Vesperis initium sumant, à Vesperis
incipimus caeremonias Episcopum concernen-
tes. Si ergo sequenti die sit celebraturus Episco-
pus, Vesperæ solennius celebranda, quam si non
esset celebraturus. Quod præcipue his vigilis
obseruari solet, videlicet Natiuitatis D.N.I.
Christi, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes
SS. Apostolorum Petri & Pauli, Assumptionis B.
M. V. omnium Sanctorum, sancti Patroni Eccle-
siæ & Ciuitatis.

2. Secundæ Vesperæ poterunt etiam per Epi-
scopum eadem solennitate celebrari, saltem in
Dominica Resurrectionis, in die Natiuitatis
Domini, ac in festo S. Patroni Ecclesiæ.

3. Altare summum festiuo cultu ornandum
& paranda duo scabella nuda, sed picta hinc inde
à lateribus sedis Episcopi pro duobus Diaconi-
bus ibidem sessoris & aliud pro Presbytero assisten-
te.

4. Postquam Episcopus hora statutæ accesserit
ad Ecclesiam ibique de more orauerit ante
SS. Sacramentum, & manus Altaris, surgit & al-
cendit sedem tuam in qua paululum sedet, tunc
surgens d. p. uba cap. pa. cap. 4. etiam paramenti

Credentiam ad
 scalceandi Episco-
 e Missam, & eum
 enta in loco con-

Episcopum in crastinum
 r habendis.

regulariter à pri-
 mant, à Vespere
 opum concetna
 ebratuns Episco-
 anda, quam si no-
 recipue his vigiliis
 Natiuitatis D.N.
 onis, Pentecostes
 ti, Assumptionis
 cti Patroni Ecclē

unt etiam per Epi-
 ebrari, saltem
 in die Natiuitatis
 Ecclēsiæ.

cultu ornandum
 sed picta hinc ind
 duobus Diaconi
 esbytero assisten

ra statura accesserit
 ore orauerit ante
 late, surgit & al-
 glōri sedet, cum
 et dicit paramen-

ordine sumpta ex Altari ab Acolythis & mini-
 stris, qui ea acceperunt à Cæremoniario stante
 ad Altare, primò Amictum, cuius osculatur Cru-
 cem, deinde Albam, Cingulum, Crucem pecto-
 ralem & stolam quas osculatur, postea pluuiale
 cum pectorali in coniunctura illius & sedens
 Mitram prætiosam, ac annulum, quibus para-
 mentis induitur per Diaconos assistentes para-
 tos amictibus superpollicis & Dalmaticis, Pres-
 byter autem assistens præbet annulum cum debi-
 tis osculis. Interim dum hæc fiunt pulsatur orga-
 num.

5. Cùm Episcopus sic paratus paululum sede-
 rit & ab eo surgit deposita mitra, surgenti-
 bus omnibus & versus Altare dicit secretò *Pater*
oster & Ave Maria integrè, mox sinistra infra
 pectus posita, dextra se signat cantans intelligibi-
 li voce *Deus in adiutoriū*, tangens ad vnum quod-
 que verbum frontem, pectus, humerum sini-
 strum, & dextrum, deinde iungens manus: Ad
 versum *Gloria Patri &c.* Episcopus & omnes alii
 inclinant se Cruci Altaris vsque ad versum *sicut*
erat &c. exclusiue.

6. Interim Cæremoniaris ducit illum ad quem
 spectat de more intonare Antiphonas ante Epi-
 scopum, cui dicto à Choro *Alleluia*, vel *Laus tibi*
Domine &c. præintonat ei primam Antiphonam,
 non inde discedens, donec per Episcopum præ-
 intonatio repetita fuerit ex libro sustentato per
 Presbyterum assistentem ante eum. Antiphona
 præintonata Episcopus perstat donec inchoatus
 sit psalmus & tunc sedit sumpta mitra leuiori, &
 omnes pariter sedent.

7. Psalmi decantari debent à Choro, & ab ip-
 sismet Canonicis, aliisque de Capitulo in cantu
 Gregoriano cum grauitate & decore, ita vt eorū
 verba ab omnibus audiantur. Ad versum *Gloria*
Patri,



Patri, Episcopus cum mitra, & alii nudo capite se inclinant prout repetiuntur.

8. Reliquæ Antiphonæ eodem modo per eundem deputatum præintonari debent hoc ordine, secunda primo Diacono; tertia Presbytero Assistenti, quarta digniori Canonicorum in choro, quinta secundo Diacono assistenti à sinistris Episcopi.

9. Expletâ Psalmorum & Antiphonarum decantatione ducitur per Cæremoniarium is cui ex consuetudine Ecclesiæ capitulum cantare conuenit in habitu suo ordinario in quo reperitur ad locum ubi cantari solet Epistola in Missa, qui tenens sibi met librum cantabit Capitulum ad quod Episcopus cum mitra & reliqui omnes nudo capite surgunt, & responso per chorum *Deo gratias*, alius præintonat Episcopo statim cum mitra Hymnum, & Episcopus statim post præintonationem, deposita mitra repetit, quem Chorus prolequitur.

10. Si fuerint Hymni *Veni creator spiritus*, aut *Aue maris stella* omnibus genuflectentibus ipse quoque statim post intonationem genuflectit in loco suo super puluino aut genuflexo, & finito primo versu surgit, & stat sine mitra quouque perficiatur Hymnus cum suo versiculo & Responsorio atque intonaueit Antiphonam ad *Magnificat* sibi præintonatam, tum sedens accipit mitram, imponit eam in thuribulum allatum per thuribulum, Presbytero Assistente cochlear & nauiculam porrigente.

11. Interim duo Acolythi præcedunt ad Altare eleuantes hinc inde anteriorem partem superioris tobaleæ, seu veli super Altare positi, illamque conduplicant vsque ad medium.

12. Dum chorus incipit canticum *Magnificat* surgit Episcopus cum mitra & facto sibi signo

et tunc à fronte ad pectus, acceptoque sinistra
manu baculo, medius inter Diaconos assistentes
pergit ad Altare, eumque sequuntur Presbyter
assistens & ministri de Baculo & mitra. Ante su-
mum gradum Altaris depositis baculo & mitra
Cruci facit reuerentiam, ascendit ad Altaris me-
dium, eoque osculato capit de manibus Presby-
teri Assistentis thuribulum thurificat Altare vt
in initio Missæ nihil dicens.

13. Thurificato Altari, Episcopus reddit thur-
ibulum Presbytero Assistenti, recipit mitram, &
facta Cruci reuerentia in medio Altaris, recep-
toque baculo redit ad sedem suam, vbi stans thur-
tificatur ab eodem Presbytero, nullam ei exhibens
reuerentiam, sed post thurificationem facit
signum Crucis super eum, & deposita tunc
mitra permanet stans cum baculo vsque ad fi-
nem Cantici inclinans se ad versum *Gloria Patri*
interim is qui Antiphonas præintonauit, thurifi-
cat primò Presbyterum assistentem, deinde Dia-
conos Assistentes, mox Canonicos & alios.

14. Finito Cantico *Magnificat* Episcopus de-
ponit baculum & sedens recipit mitram, Interim
Cæremoniarius ducit duos Ceroferarios cum
candelabris & cereis accensis ad Episcopum,
stantes ante eum hinc inde versa ad eum facie.
Episcopus verò finita antiphona, deposita mi-
tra surgit, & stans versus Altare ex libro per As-
sistentem sustentato cantat *Dominus vobiscum* &
orationem, vel plures si sint dicenda, iisque fini-
tis Cæremoniarius cum Ceroferariis redit ad Al-
tare, vbi in suo loco reponunt candelabra.

15. Denique responso *Deo gratias* per chorum
aut organum Episcopus mitra reassumpta stans
in sua sede, si inde à populo commodè videri po-
test, sin minus, sumpto baculo accedit ad Altare
& facta ibidem profunda reuerentia cum mitra
dat benedictionem solennem. Aa 3 16. Dag

Tit. XVIII.

& alii nudo capite
in modo per eun-
dent hoc ordine,
Presbytero Al-
nicorum in cho-
stenti à sinistris

antiphonarum de-
oniarum is cui
pitulum cantare
o in quo repeti-
pistola in Missa,
abit Capitulum
& reliqui omnes
nso per chorum
Episcopo stanti
opus statim post
ra repetit, quem

creator spiritus, aut
lectentibus ipse
m genuflectit in
flexorio, & fini-
mitra quouique
ficulo & Re-
Antiphonam ad
um sedens acci-
bulum altarum
stente cochlear

cedunt ad Alta-
an partem supe-
re positi, illam-
um.
cum *Magnificat*
cto sibi signo
ccii. 10

16. Data benedictione ab Episcopo, factaque reuerentia ad Altare & resumpto baculo, redit ad sedem suam, si est ad Altare, vel ad faldistorium, ubi adiuantibus Diaconis assistentibus exiit suis paramentis, facta breuioratione ab Episcopo super genu flexorio ante Altare, Canonici comitantur eum saltem extra portam Ecclesie, organo interim hilari modulatione continuo perfonante.

17. Si Episcopus Missam non celebrabit sequenti die, aut eodem die non celebrauerit, non in sua sede, sed in Sacristia, aut alio ad id preparato loco induetur, ibique omnibus paramentis prout supra indutus ministrante Thuriferario thuribulum & Presbytero assistente cochlear & nauiculam thuris, imponet ac benedictibus, Deinde surgens facta reuerentia Cruci ibi super Altari ex stenti, procedit cum baculo pastoralis in manu sinistra, parte curua baculi ad populum versa ac dexteram benedicens medius inter Diaconos assistentes præcedente Presbytero assistente cum aliis Canonicis & duobus Ceroferariis, ac inter eos aliquo Crucem portante, & ante omnes Thuriferario, subsequenter cum aliis suis ministris seu Capellanis, & cum peruenit ante Altare deposito ibi baculo cum mitra caput illi profundè inclinatur & genu flexus super puluino, deposita mitra paululum orat, aliis præter Assistentes, Cæremoniario & ministros de baculo & mitra seruientes, statim recedentibus ad loca sua; mox surgens, recepta mitra & baculo facit Altari reuerentiam caput inclinando, & ducente Cæremoniario accedit cum assistentibus ad sedem suam; ibique reddito baculo paululum sedet & pergit in Vesperis ut alias.

TITVLVS XIX.

De Completorio.

1. **S**I Episcopus Completorio inter esse, & officium facere voluerit, erit cum Cappa in choro in loco seu stallo digniori, panno aliquo, vel tapete cum puluicibus parato.

2. Officium verò ipsius erit circa hæc videlicet ut dicente Cantore *Inbe Domne benedicere*, ipse stans respondeat *Noctem quietam &c.* & post lectionem breuem *Adiutorium nostrum &c.* Deinde *Pater noster*, tum Confessionem & Absolutionem, & alia vsque ad *Deus in adiutorium &c.* inclusiue, & inchoato Psalmo sedebit.

3. Cætera omnia dicentur per Chorum & Hebdomadarium vsque ad orationem, quam ipse Episcopus cantabit & dabit benedictionem dicens *Benedicat & custodiat &c.*

4. Cum verò Episcopus præsens erit, & non faciat officium, omnia prædicta per Hebdomadarium in loco suo sicut habitu Canonicali suo ordinario indutum, obseruatis tamen reuerentiis debitis versus Episcopum. Nam ipse Hebdomadarius ad versum *Indulgentiam* in principio, & ad Versiculum *Benedicat vos &c.* in fine, inclinabit se profundè versus Episcopum antequam ea proferet.

TITVLVS XX.

De matutinis presente Episcopo.

1. **I**N matutinis, quando Episcopo placuerit officium facere, hora competenti associa-

us à Canonicis venit ad Ecclesiam & factis orationibus ante sacramentum & altare maius, accedat ad chorum in loco suo ornato; ut supra, ubi sedebit aliquantulum, cucullo cappæ supra reducto, vel etiam cum bireto, prout magis placebit, aptatis in gyrum fimbriis cappæ per aliquem sacellanum vel Cæremoniarium, qui regulariter ipsi adesse debet, nulli autem Diaconi nec Presbyteri assistens ipsi adsunt.

2. Post modicam moram Episcopus surget, surgentibus omnibus & stans nudo capite dicit secretò versus Altare *Pater noster*, *Aue Maria* & *Credo* integrè; quibus completis signans pollice dextræ manus labia paruo signo crucis, altiori voce cantat *Domine labia mea &c.* deinde *Deus in adiutorium &c.* ad quod signat se à fronte ad pedes prout in *Vesperis* & sic permanet stans donec per chorum cantatum fuerit Inuitatorium cum psalmo *Venite exultemus*, genuflectens tamen ad verba *Et procidamus ante Deum* ac Hymnus, quem ipse decenter aliquo præintonante incipiet, si erit celebraturus, aliàs non.

3. Incepto primo Psalmo, sedebit, ac omnes de choro & alii ministri sedebunt. Psalmi cantabuntur à choro cantu plano & clara voce, ad versiculum *Gloria Patri* omnes se inclinabunt, ut ad *Vesperas*.

4. Antiphonæ per eum, cui ex consuetudine Ecclesiæ competit, præintonabuntur Canonicis, incipiendo à dignioribus gradatim. Lektionen autem octo à totidem Canonicis, incipiendo à iunioribus apud legile vidam in medio chori positum, recitabuntur, quarum septimam, & octauam, ii qui futuri sunt assistentes à lateribus Episcopi in Missa cantabunt, nona verò & ultima lectio dicetur ab ipso met Episcopo stante.

§. Fini-

am & factis ora-
tare maius, ac
nato; vt supra,
alio cappæ supra
prout magis pla-
is cappæ per ali-
tarium, quire-
autem Diaconi
t.

Episcopus surget,
nudo capite dicit
, (*Aue Maria* &
signans pollice
crucis, altiori
deinde *Deus in*
e à fronte ad pe-
manet stans do-
t Inuitatorium
uffectens rament
ac Hymnus,
tonante inci-

debit, ac omnes
Psalmi canta-
lata voce, ad
inclinabunt, vt

consuetudine
tu Canonici
n. Lektionen
incipiendo à
medio chori
timam, & o-
res à lateribus
na verò & vlti-
opo stante.

5. Fini-

5. Finitis tribus Psalmis primi nocturni, cum
cantatur versiculus ducitur per Cæremoniarium
cum debitis reuerentiis iunior Canonico-
rum, qui est cantaturus primam lectionem ad legile
in medio chori præparatum, & sic stans expectat
donec Episcopus stans nudo capite inceperit al-
ta voce *Pater noster* &c. & illud secretò perfec-
rit vsque ad versiculum *Et ne nos* &c. & successi-
cantauerit absolutionem *Exaudi Domine* &c. cui
responso per chorum *Amen* ipse Canonicus
stans apud legile, inclinat se profundè versus E-
piscopum, & intelligibili voce petit ab eo bene-
dictionem dicens *Iube Domne benedicere*, & non
Domine ad quem sic inclinatum permanentem
Episcopus conuersus benedicens respondet
stans, *Benedictione perpetua* & responso à cho-
ro *Amen* Episcopus sedet cooperto capite, ap-
tatis in gyrum simbriis cappæ & pariter omnes
sedent.

6. Canonicus verò incipit & prosequitur suam
lectionem altiori voce distinctè, & modestè, in
tono competenti. Qua finita, cum dicit *Tu autem*
Domine, genuflectit solus versus Altare. Tum sur-
gens, facta profunda reuerentiâ Episcopo, qui
versus eum facit signum Crucis redit ad locum
suum non osculando manum Episcopi. Sed si for-
tè non essent Canonici qui cantarent, oscula-
rentur manum Episcopi & ab eo postea bene-
dicerentur sicut Canonici & genuflecterent al-
tari.

7. Idem per omnia facit secundus, ac tertius
Canonicus & alii in secundo & tertio Nocturno
cantantur lectiones & idem observatur per Epi-
scopum quoad absolutiones & benedictiones, &
alia quæ occurrunt, dum psalmi, & lectiones
cantantur quod in primo Nocturno seruatum
fuit

fuit, hoc tantum excepto, quod ad primam, quartam & septimam benedictiones Episcopus stat, prout stetit cantans absolutiones, ad alias verò sedet.

8. Cum cantatur per Canonicum textus Evangelii pro septima lectione, Episcopus & omnes alii stant nudo capite, donec dicatur per dictum Canonicum *Et reliqua* & incepta Homilia, sedent. Ipse autem Canonicus non debet recitando textum Evangelii librum, nec seipsum signare, nec manus iunctas tenere, sed super libro prout in aliis lectionibus. Ad octavam benedictionem Episcopus sedens benedicit ut supra.

9. Nonam lectionem Episcopus stans nudo capite cantat versa facie ad Altare; ad quem accedunt duo Diaconi in habitu choralis, & duo ministri de candela & libro, Episcopus verò, si non aderit in Choro maior se, stans ut supra, dicit cantando versus *Altare Iube Domine benedicere* & non *Domine*, cui absolute per Chorum responderetur *Amen*. Et dum Episcopus suam cantat lectionem, omnes pro eius reverentia stant nudo capite. Qua finita Episcopus profundè se inclinans versus Altare dicit *Tu autem Domine &c.* & responso per Chorum *Deo gratias*, accedit cum debitis reverentiis præintonator ante Episcopum, & præintonat ei *Te Deum*. Quo repetito per Episcopum memoriter, vel ex libro prout placuerit, Chorus illud prosequitur cui & Organum intermisceri poterit, dum modo Versiculus *Te ergo quesumus &c.* exprimitur voce clara.

Qui Versiculus dum cantatur, Episcopus, & omnes alii genua flectunt, in locis suis.

Tit. XX.

quod ad primam;
ones Episcopus
tiones, ad alias

cum textus E-
piscopus & om-
e dicatur per di-
cepta Homilia,
on debet reci-
nec seipsum sig-
sed super libro
rauam benedi-
dicat vt supra,
opus stans nudo
ad quem acce-
ali, & duomi-
us verò, si non
vt supra, dicit
mine benedicere
horum respon-
suam canat le-
ntia stans nudo
fundè se ineli-
Domine &c. &
, accedit cum
ante Episco-
Quo repetit
ex libro prout
aitur cui & Or-
modo Versus
tur voce clara.
Episcopus,
in locis

TITVLVS XXI.

De Laudibus, Episcopo celebrante.

1. **E**Xpleto Hymno *Te Deum &c.* si Episcopus
in Matutinis peregit officium, congruum
erit, vt etiam Laudes celebret, in quibus omnia
ferè seruari conueniet, quæ supradicta sunt de
Vesperis solemniter per Episcopum celebrandis,
ipso in crastinum Missam non celebraturo. Nam
statim finito Hymno, Episcopus in sua sede E-
piscopali, capiet pluuiale, & mitram, & omnia
paramenta prout in dictis Vesperis prædictum
est, & cum eo quatuor aut sex Canonici
ex dignitaribus; & ex dignioribus capient
pariter pluuialia, alii verò Canonici non pa-
rauntur.

2. Omnibus paratis, Episcopus inchoabit
Laudes absolutè cantando *Deus in adiutorium*,
signans se vt ad Vesperas. Antiphonæ præinto-
nabuntur dignioribus iisdem Canonici, quas et-
iam eodem modo repetent vt ad Vesperas. Epi-
scopus etiam primam præintonabit; eadem que
seruabuntur in sessione, surrectione & reueren-
tiis, dum Psalmi & Antiphonæ decantantur, quæ
ibidem dicta sunt. Sic etiam quoad Capitulum &
Hymnum.

3. Et cum inchoatur Canticum *Benedictus*, E-
piscopus posito prius thure in thuribulum, surget
cum mitra & baculo associatus à prædictis
Canonici paratis, & thurificabit Altare, &
deinde

Aa 6

deinde

TITV

deinde thurificabitur ipse apud sedem suam
stans cum mitra, à digniori ex dictis Canonicis
paratis.

4. Organum quoque ad Hymnum & ad Can-
ticum *Benedictus &c.* & in fine Psalmorum pote-
rit adhiberi.

5. Dum repetitur Antiphona per chorum post
finem Cantici, Cæremoniariis cum Ceroferariis
accedit ante Episcopum, qui cantabit *Dominus
vobiscum, Oremus, & Orationem*, seu plures &
mox dabit benedictionem prout in vesperis.

TITVLVS XXII.

De Missa solemni Episcopo proprio celebrante.

1. **V**alde consonum est antiquæ disciplinæ
Ecclesiasticæ, vt in Ecclesiis cathedralibus
in quibus Episcopi frequenter celebrant, sacra-
rium deputeretur ornamentis Episcopalibus pul-
chrè instructum, ad quod Episcopus solemniter
celebraturus Missam, postquam sua cappa indu-
tus, ingressus fuerit Ecclesiam, sacrasque preces
ad Altare sanctissimi sacramenti tantum, & non
ad Altare maius essuderit, cum suis Canonicis &
choro conueniat.

2. In eum locum ingressus Episcopus, facta-
que reuerentia Cruci super altari prædicto exi-
stenti, sine aliis precibus sedebit aliquantulum
super dicta sede, donec Canonici extra hunc lo-
cum capiant sua paramenta (vel ibidem, si aliter
fieri non potest) remanentibus interim apud eum
duobus Diaconis assistentibus hinc inde à late-
ribus eius, & Presbytero assistente cum habitu
eorum Canonicali, qui & postea accipient pa-
ramenta sua, Interim etiam paratur Diaconus
Euangelii & subdiaconus.

3. Ca-

apud sedem suam
dictis Canonicis

mnium & ad Can-
psalmodum pote-

per chorum post
cum Ceterariis
cantabit Dominum
m, seu plures &
t in vespertis.

rio celebrante.

iquæ disciplinæ
is cathedralibus
celebrant, sacra-
iscopalis pul-
opus solemniter
ua cappa indu-
acras que preces
antum, & non
is Canonicis &

iscopus, facta
prædicto exi-
t aliquantulum
extra hunc lo-
idem, si aliter
erim apud eum
nc inde à late-
te cum habitu
accipient pa-
antur Diacon-
3. Ca-

3. Canonicis omnibus paramentis indutis, at-
que in eundem locum ingressis cum debitis re-
uerentiis Altari & Episcopo, ac apud eorum se-
dilia stantibus, Episcopus surget, & stans nudo
capite versus Altare, dicet secretò totum *Pater
noster & Ave Maria*, tum signans se, altiori voce
cantabit *Deus in adiutorium &c.* choro prose-
quente *Domine ad adiuuandum &c.* quo dicto
Cantores & non Episcopus cantant Hymnum
Nunc sancte nobis Spiritus cui organum intermis-
ceri poterit.

4. Quo Hymno finito Cantor aliquis Antì-
phonam intonat, atque inchoato Psalmo *Legem
pone &c.* Episcopus se debet, sedentibus etiam Ca-
nonicis his, qui Episcopo ministraturi sunt,
Chorus autem prosequitur Tertiam.

5. Tunc minister de libro feruens superpel-
liceo indutus, vnà cum alio Candelam accensam
tenente accedent cum libro ante Episcopum,
qui poterunt esse aliqui ex suis Capellanis, atque
Episcopus sedens legit Antiphonam *Ne reminis-
caris &c.* & Psalmos consuetos duobus Diaconis
assistentibus & Presbytero assistente stanti-
bus in habitu Canonicali alternatim responde-
tibus.

6. Interim subdiaconus cantaturus Episto-
lam, qui simul cum Diacono cantaturus Euange-
lium & aliis Canonicis de choro erat iam para-
mentis subdiaconalibus indutus dempto mani-
pulo, afferet de loco vbi sunt, sandalia & caligas,
illaque duobus scutiferis adiuantibus genufle-
xus induit primò in dextro, deinde in sinistro pe-
de Episcopi, detractis prius ordinariis calceis à
scutiferis qui eos aliquo loco congruo & occulto
deponunt.

7. Quibus expeditis, subdiaconus facta pro-
funda reuerentia Episcopo recedit ad Diaconum

stantem in loco suo, & scutiferi facta genuflexione redeunt ad loca sua. Episcopo vero prosequente lectionem Psalmorum, quibus dictis cum Antiphona surgit, dat biretum secundo Diacono & versus Altare manibus iunctis & nudo capite dicit *Kyrie eleison*, Preces & Orationes.

8. Lectis Psalmis & orationibus, vsque ad illam quæ pro lotione manuum dicitur exclusiue. Episcopus deposita cappa incipit legere, vel memoriter dicere orationes quæ pro paramentis induendis ordinatæ sunt dicendo ad singula paramenta singulas orationes, exceptâ oratione quæ ad manipulum dicitur quæ statim post alias dicenda erit, cum non possit eo tempore dici quo Episcopus capit manipulum.

9. Cum Episcopus exuer cappam dicit orationem *Exue me &c.* quam Capellanus deponet in aliquo congruo & occulto loco, deinde extractis annulis, si quos habet per Diaconum Assistentem aut Presbyterum Assistentem, sedens lauat manus dicendo orationem *Da Domine virtutem &c.*

10. Loris manibus Acolythi modestè & decoranter afferunt ambabus manibus ex Altari paramenta Episcopi, quæ eis per Cereemoniarium traduntur per ordinem efficientes quasi vnâ longam rectam lineam, vnus post alium quibus induitur Episcopus per Diaconum à dextris & subdiaconum à sinistris paratos, sed principaliter Diaconus omnia operatur, subdiaconus vero solummodo coadiuuat quando opus est, induunt autem Episcopum Amictu, Alba, Cingulo, Crucis pectorali, stola, pluuiali & mitrâ.

11. Episcopo sic parato recedunt cum debitis reuerentiis Diaconus & subdiaconus, & si plura

mi Tertiæ nedum sint completi, sedet Episcopus donec compleantur.

12. Dum reperitur Antiphona post Psalmos à Choro, subdiaconus cantabit Capitulum eodem ritu & iisdem reuerentiis quibus Epistolam, in loco, ubi legi solet Epistola. Tunc Episcopus surgit cum mitra surgentibus omnibus versus facie ad cantantem Capitulum, & sic stat donec Cantores cantant Responsorium ultimi Versiculi post orationem.

13. Finito Capitulo subdiaconus reddi-
librum Cæremoniariorum & facit reuerentiis tam
Episcopo quam Altari redit ad locum suum. In-
terim duo Acolythi comite Cæremoniariorum,
sumptis duobus candelabris cum cereis accensis
accedunt ante Episcopum, Presbyter verò Assi-
stens tenebit librum. Episcopus verò finito Re-
sponso deponit mitra cantat in tono fe-
stino *Dominus vobiscum* & orationem: &
dicto per Chorum *Benedicamus Domino* ipse
Episcopus deposito Pluiali à Diacono &
subdiacono induitur Tunicella & Dalmati-
ca ipso Episcopo stante. Tum sedet & im-
ponuntur ei Chiroteca per eosdem. Mox surgit
Episcopus & induitur ab iisdem Planeta & si
Episcopus vti possit pallio, & eo die vti con-
ueniat affertur ex Altari per Subdiaconum i-
ta vt partem duplicem ipsius sinistra teneat,
velo aliquo supposito, quod Diaconus ca-
piens Episcopo offert osculandum in Cruce
posteriori: & aduertat, dum illud capit, vt
partem duplicem pallii capiat dextrâ manu
quam subdiaconus tenet sinistra, simplicem
vero sinistra & dum illud imponit, subdiaconus
dextra eleuat partem quæ à tergo pendere solet,
illudque aptant vt humeros Episcopi ambiat &
pars duplex pallii ponatur super sinistro humero

Episcopus

Episcopi. Quo facto idem Diaconus capit vnam ex tribus spinulis eamque infigit Cruci anteriori ante pectus existenti, aliam in cruce sinistri humeri, tertiam subdiaconus infigit Cruci posteriori. Tum sedenti imponitur mitra praeiata.

14. Episcopo omnibus paramentis sacris induto accedunt ad eum Diaconi assistentes parati Dalmaticis & accedente Thuriferario cum thuribulo & Nauticula & ministrante Presbytero Assistente Nauticulam more solito imponit & benedicit thus. Deinde Episcopus cum ministris facta reuerentia Cruci super Altare in dicto Altari existenti processionali ritu procedit ad Altare in quo Missa celebranda est hoc ordine. Praecedit Thuriferarius cum thuribulo, tum Ceroferarii cum candelis accensis & si est celebrans Archiepiscopus subdiaconus alius portans Crucem hos sequuntur Canonici bini & bini, & post illos subdiaconus cantaturus Epistolam portans clausum ambabus manibus librum Euangeliorum, tum Diaconus ad sinistram Presbyteri Assistantis Pluviali induti, Denique Episcopus cum Baculo pastorali in manu sinistra cuius pars curva populum respiciat ac dextra benedicens medius inter Diaconos assistentes paratos. Post Episcopum sequuntur Capellani de baculo, mitra, libro, & alii bini & bini.

15. Si autem Episcopus sumpserit paramenta in Presbyterio ad sedem vel ad faldistorium non sit huiusmodi processio, sed procedit Episcopus sine Cruce, candelabris, & Thuriferario ad Altare sed cum solis ministris paratis.

16. Cum Episcopus fuerit prope Altare, salutat exigua capitis inclinatione Canonicos iam apud sedilia stantes & paratos, & ipsi Canonici faciunt ei profundam reuerentiam. Si vero ad se-

aconus capit vnam
git Cruci antero-
m in cruce sinistra
us infigit Cruci po-
nitur mitra pratio-

amentis sacris in-
i assistentes para-

Thuriferario cum
strante Presbyte-
e solito imponit &
copus cum mini-

er Altare in dicto
ritu procedit ad
a est hoc ordine.

thuribulo, tum
his & si est cele-

nus alius portans
ici bini & bini, &
aturus Epistolam

ibus libram Ba-
ad sinistram Pres-

ri, Denique Epi-
in manu sinistra

ciat ac dextra be-
os assistentes pa-

tur Capellani do-
& bini.

fit paramenta in
istorium non fit

it Episcopus si-
erario ad Altare

ope Altare, salu-
Canonicos iam
& ipsi Canonici
m si vero ad si-

De missa solemnī Episcopo proprio celebrante. 569

set Legatus, Cardinalis, aut Archiepiscopus, aut Princeps magnus illos prius debet Episcopus cum mitra salutare, & illi Episcopo aliquantulum assurgentes nudo capite respondere.

17. Episcopus autem habens à dextris Presbyterum assistentem, & à sinistris Diaconum & apud eum subdiaconum cum eis facit Confessionem, chorus interea incipit Introitum.

18. Cum Episcopus dicit *Indulgentiam absolutio- nem &c* subdiaconus capit manipulum, illum- que imponit sinistro Episcopi brachio cum osculis manus.

19. Finita Confessione & dicto *Oremus* celebras Episcopus ascendit ad Altare dicens *Aufer à nobis &c.* ut in Missali & ad Altare inclinatus dicit de more *Oremus te Domine &c.* & osculatur Altare deinde ambabus manibus librum ranges sibi à subdiacono à sinistris stante eblatum in folio Evangelii currentis illum osculatur in principio Evangelii.

20. Tum accedit Thuriferarius cum thuribulo & navicula, quam Diacono porrigit & ille Episcopo, qui stans sine mitra imponit & benedicit eum sine mitra, & sumpto thuribulo de manu Diaconi thurificat Altare more solito.

21. Absoluta Altaris thurificatione reddit thuribulum Diacono in cornu Epistolæ, & imposta sibi mitra pratiofa incensatur à Diacono Evangelii triplici ductu. Tum cum mitra recta descendit ad nudum plani Presbyterii, ubi Cruci in medio Altaris existenti facta reuerentia accipit baculum & inde medius inter Diaconos vadit ad sedem suam.

22. Episcopus vero stans in sede sua deposita mitra & facto sibi signo Crucis versus Altare, legit Introitum ex libro, quem sustinet Capellanus de eo seruans, altero Candelam tenente accen-
sam.

lam. Assistentes verò hinc inde ostendunt digito quæ sunt legenda, & vertunt folia. Deinde dicit cum suis ministris alternatim respondentibus *Kyrieleson.*

23. Quo facto sedet Episcopus & primus Diaconus imponit illi mitram prætiosam. Interim Acolythus seruiens ad gremiale, illo sumpto de Abaco tradit illud secundo Diacono, qui illud super genua Episcopi sedentis extendit & pariter omnes sedent.

24. Cantato à Choro ultimo *Kyrieleson*, surgunt omnes ministri, & aufertur Episcopo adhuc sedenti per Diaconum à sinistris Gremiale per Diaconum verò à dextris mitra, quæ traduntur ministris de iis seruientibus, deinde surgit Episcopus & allato ante eum libro & candelâ cantat de more *Gloria in excelsis Deo* extendens, eleuans & iterum iugens manus, & ad verbum *Deo* caput inclinans, quod prosequitur submissa voce cum ministris suis simul & non alternatim, in cuius fine Episcopus sedet & accipit mitram simplicem & Gremiale & similiter sedent omnes donec per Chorum perficiatur Hymnus. Quo finito surgunt omnes & depositis per Episcopum Gremiali & mitra surgit ipse & stans versus populum, eleuatis & statim iunctis manibus cantat *Pax vobis*, deinde conuersus ad Altare, extensis & statim iunctis manibus oramus & orationem. Qua dicta, nisi plures sint dicendæ, sedet cum mitra & gremiali vt supra.

25. Circa finem orationis vltimæ, subdiaconus accipiens librum à Cæremoniario, factis debitis reuerentiis Altari & Episcopo comite Cæremoniario vadit ad latus Epistolæ, vbi ab ipsâ tenens librum cantat Epistolam alta voce.

ostendunt digito
olia. Deinde dicit
respondentibus

us & primus Dia-
ctiosam. Interim
e, illo sumpto de
acono, qui illud
extendit & pari-

mo *Kyrie eleison*,
ufertur Episcopo
sinistris Gremia-
mitra, quaetra-
ibus, deinde sur-
m libro & cande-
s Deo extendens,
as, & ad verbum
equitur submissa
non alternatim,
accipit mitram
er sedent omnes
Hymnus. Quo
is per Episco-
e & stans ver-
iunctis mani-
onuersus ad Al-
anibus oremus
si plures sine
remiali vt su-

nae, subdiacon-
ario, factis
scopo comite
pistolae, vbi
pistolam alta-
vocc.

Demissa solemniter Episcopo proprio celebrante 571

vocce. Qua facta & factis debitis reuerentiis por-
tat eodem modo quo supra librum clausum ad
Episcopum, quem inclinatus porrigit illi super
eius genibus & manum dextram illius super li-
bro positam reuerenter osculatur, & habito
signo Crucis ab Episcopo, redit ad locum
suum.

26. Interim accedunt duo Ministri de libro
& Candelae ante Episcopum, qui sedens ex eo-
dem libro legit Epistolam & alia vsque ad finem
Euangelii, & legens titulum Euangelii, signat
pollice dextro textam Euangelii, tum seipsum in
fronte, ore & pectore, mox iunctis manibus pro-
sequitur Euangelium; quo finito assistentes re-
spondent ei *Laudibus Christi*.

27. Cum cantatur vltimus versus *Alleluia*,
Tractus aut sequentiae Diaconus sumpto libro
Euangeliorum facta que reuerentia Episcopo il-
lum clausum ad Altare deferit, quem medio Alta-
ris imponit & facta reuerentia Altari accedit
Episcopum cui Episcopus ante se inclinato offert
manum dextram exterius osculandam: tum ipse
reuersus ad Altare genu flexus super infimum
gradum dicit secreto *Munda cor meum &c.* Inter-
im accedit Thuriferarius comite Cereonia-
rio cum thuribulo & nauicula & ministrante il-
lam Presbytero assistente Episcopus imponit &
benedicit incensum. quo benedicto Thurifera-
rius recepta nauicula redit cum Thuribulo fu-
migante ad cornu Epistolae & ibidem cum Ce-
roferariis, subdiacono & Diacono expectat, do-
nec tempus sit eundi ad cantandū Euangelium.

28. Circa finem vltimi versus Gradualis, vel
Tractus, *Alleluia* aut sequentiae, Thuriferarius,
Ceroferarii, subdiaconus & vltimò Diaconus
portans librum Euangeliorum clausum ante pe-
ctus veniunt ante Episcopum, vbi Diaconus

pro-

profundè inclinatus, subdiacono stante a sinistris ipsius petit benedictionem. Cui Episcopus respondet *Dominus sit in corde tuo* &c. facit super eum signum Crucis ad quod omnes ministri inferiores genuflectunt & statim procedunt ad Euangelium cantandum hoc ordine; Præcedit Cæremoniarius, mox Thuriferarius cum thuribulo & nauicula, tum Ceroferarii cum candelabris & cereis accensis deinde subdiaconus manibus iunctis, vltimò Diaconus librum Euangeliorum portans clausum ante pectus.

29. Cùm perueneriat ad locum Euangelii, subdiaconus medius inter Ceroferarios tenet librum Euangeliorum ante pectus apertum, & Diaconus iunctis manibus ante pectus incipit Euangelium, & cùm dicit *Dominus vobiscum* Episcopus depositis Gremiali & mitra surgens accipit baculum pastorem manu sinistra & cum dicit *Initium* vel *sequentia sancti Euangelii* dextrâ signat se iterum in fronte, ore, & pectore quofactò retinet baculum inter ambas manus iunctas stans versus Diaconum canentem.

30. Finito Euangelio Episcopus demisso baculo, osculatur librum sibi oblatum per subdiaconum in principio Euangelii cantati dicens, *Per Evangelica dicta*, Diaconus autem & alii factis debitis reuerentiis eodem ordine quo venerant reuertuntur, Thuriferarius vero accedit Presbyterum Assistentem qui sumpto thuribulo statim post deosculationem libri Euangeliorum ipsum triplici thurificat ductu & Episcopus factò super thurificantem signo Crucis, ad Altare conuersus cantat ex libro per Presbyterum Assistentem sustentatum *Credo in unum Deum* quod cum assistentibus submissâ voce prosequitur pariter, & Diaconus & subdiaconus apud Altare & Canonici illud inter se dicunt & ad Versicu-

ono stante a fini.
 n. Cui Episcopus
 40 &c. facit super
 omnes ministri in.
 procedunt ad E.
 dine: Præcedit
 antus cum turri-
 rit cum candelâ.
 odiaconus mani-
 librum Euange-
 ctus.
 cum Euangeli-
 offerarios tenet li-
 us apertum, &
 pectus incipit E-
 us vobiscum Epi-
 tra surgens acci-
 nistrâ & cum di-
 Euangelii dextrâ
 pectore quo fa-
 s manus iunctas
 n.
 us demisso ba-
 tum per subdia-
 cantati dicens
 autem & alii fa-
 dine quo vene-
 us vero accedit
 mpto thuribulo
 Euangeliorum
 Episcopus fa-
 cis, ad Altare
 resbyterum Al-
 um Deum quod
 profequitur pa-
 us apud Altare
 & ad Versicu-
 lam

De Missa solemnî Episcopo proprio celebrante. 573

lum *Et incarnatus est &c.* Episcopus genuflectit,
 omnibus de choro pariter genuflectentibus.

31. Finito symbolo sedet Episcopus cum mi-
 tra & gremiali & omnes sedent & cum prædi-
 ctus versiculus cantatû in choro pariter Canoni-
 ci sedent nudo capite, Episcopus cum mitra alii
 inclinant caput profundè versus Altare, alii genu-
 flectunt donec perficiatur dictus versiculus. In
 nocte verò & die Natiuitatis Domini & in die
 Annuntiationis B. M. Episcopus cum mitra apud
 suam sedem versus Altare, alii omnes in locis ge-
 nuflectunt.

40. Diaconus deinde accedit ad Credentiam
 & capit Bursam quam ambabus manibus cum
 debitis reuerentiis Altari & Episcopo portat ad
 Altare, vbi extrahit Corporale, idque explica-
 tum ponit super Corporale in medio. Bursam ve-
 rò leorsim in eodem Altari collocat versus cornu
 Euangelii, & factis Altari & Episcopo reueren-
 tiis redit ad locum suum.

41. Finito per chorum symbolo, ablati gre-
 miali & mitra surgit & cantat *Dominus vobiscum*
 & *Oremus* rum ex libro per ministrum sustentato
 legit offertorium, quo lecto iterum sedens reci-
 pit mitram præciosam & gremiale, deponitque
 anulum & Chirotecas, quæ omnia extrahuntur
 à Diaconis Assistentibus & accedente aliquo
 scutifero lauat manus & tergit, deinde reassump-
 to annulo, depositoque Gremiali surgit & acce-
 pro manu sinistra baculo redit ad Altare ante cu-
 ius iohinum gradum in medio depositis baculo
 & mitra, factaque profunda reuerentia Cruci as-
 cendit & osculatur Altare in medio, positis hinc
 inde manibus.

42. Tum Diaconus patenam cum Hostia ad
 manus Episcopi cum osculo porrigit, qui illam
 ambabus manibus ante pectus eleuatam tenens
 & o-

& oculos sursum dirigens dicit *Suscipe sancte Pater &c.* & in fine faciens signum Crucis cum ea collocat Hostiam super Corporale, patenam verò ponit super Altare ad partem Epistolæ; subdiaconus verò urceolum aquæ parumper versus Episcopum elevans dicit *Benedicite Pater reverendissime.* Episcopus autem facto versus eum signo Crucis dum infundit pauculum aquæ in Calicem manibus iunctis dicit *Orationem Deus qui humana substantia &c.*

43. Diaconus deinde porrigit ad manus Episcopi Calicem quem ille ambabus manibus accipit dextra scilicet nodum, sinistra pedem illius tenens, illumque offert dicens simul cum Diacono orationem *Offerimus tibi Domine &c.* tangente & ipso Calicem. Quæ dicta eundem Calicem facto cum eo signo Crucis ponit super Corporale in medio retrò Hostiam, quem Diaconus palia cooperit.

44. Deinde Episcopus prosequitur missam ut in Missali Inconsuto autem Altari dum reddit thuribulum Diacono accipit mitram præciosam & à primo Diacono Assistente thurificatur triplici ductu, atque thurificatus facit signum Crucis super thurificantem, & statim lauat manus more solito dicens Psalm. *Lauabo inter &c.* ministrantibus mappulam pro illis tergendis assistentibus Capellanis.

45. Postquam Episcopus lauerit manus & absterferit aufertur ei mitra à prædicto Diacono Episcopus verò rediens ad medium Altaris dicit de more *Suscipe sancta Trinitas &c.* & cætera facit ac observat prout alii sacerdotes nisi quod in Canone ubi alii dicunt *Et Antistite nostro N.* ipse dicat *Et me indigno seruo tuo.*

46. Circa Sanctus quatuor aut ad summum octo

Octo ministri super pelliceis induci afferunt totidem funalia cereæ albæ accensa, & factis debitis reuerentiis collocant se genuflexi hinc inde à lateribus subdiaconi tenentis patenam. Tunc vero omnes tamen in Choro, quam extra genuflexi sunt præter assistentes ac Diaconum & subdiaconum, qui non nisi cum Celebrante genuflexi sunt, & cum eleuatur sanctissimum sacramentum.

47. Eleuato SS. Sacramento Chorus profertur *Benedictus qui venit &c.* Ministri uero habentes funalia surgunt & factis debitis genuflexionibus discedunt funalia extra presbyterium extinguentes (nisi facienda sit communio, quia tunc remanent usque ad finem Communionis) & pariter tunc omnes surgunt; Episcopus autem profertur Canonem cum signis & Cæremoniis ut in Missali.

48. Postquam Episcopus cum Presbytero Assistente & Diacono dixerit *Agnus Dei* Presbyter assistens cum debitis genuflexionibus accedit ad dextram Celebrantis, atque dicta oratione *Domine Iesu Christe qui dixisti &c.* pacem dat Presbytero assistenti, similiter Diaconis assistentibus; sed prius Diacono & subdiacono, si non sit daturus eis communionem dicens singulis *Pax tecum* deinde profertur Missam ut in Missali.

49. Postquam Episcopus sumplerit ablutio- nem absterse ore purificatorio, & imposta per Diaconum mitra stans in cornu Epistolæ lauat manus, quibus lotis ac tersis, ablata iterum mitra legit Communionem & profertur ut alii.

50. Dicto *Placeat tibi sancta Trinitas &c.* osculato Altari & recalumpna mitra stans adhuc versus Altare pollice dextra manus for-

mat sibi signum Crucis in pectore cantans *si no-
men Domini benedictum* sinistram interim super
Altari retinens, & dum responderetur à Choro. *Ex
hoc nunc & usque in seculum* etiam manum dex-
tram super Altari tenet: deinde cantans *Aduto-
rium nostrum in nomine Domini*, eadem manu dex-
tra signat se a fronte ad pectus & ab humero si-
nistro ad dextrum, quo facto eam iterum super
Altari reponit donec a choro responderetur *Qui
fecit calum & terram*; postea cantans, *Benedicat
vos omnipotens Deus* eleuat ad cœlum simul ocu-
los & manus, quas ante faciem iungit caput
Cruci inclinans: tunc accepto manu sinistra ba-
culo vertens se ad latus Epistolæ, ibi signat po-
pulum dicens *Pater*, deinde vertens se directè ad
populum in medio Ecclesiæ existentem, iterum
signat dicens, *Et filius*: denique vertens se ulterius
ad latus Euangelii ibi tertio signat dicens, *Et spi-
ritus sanctus* perficiendo circulum.

51. Si Celebrans sit Archiepiscopus, dat bene-
dictionem sine mitra, versus ad Crucem suam,
eaque datâ, deponit pallium suum super Altare.

52. Post datam benedictionem Episcopus dimis-
so baculo, publicatisque Indulgentiis, ac deposi-
ta mitra dicit submissâ voce dicitur *Dominus vo-
bis cum* & signans Altare ac se ipsum *Initium sancti
Euangelii secundum Ioannem* quod prosequitur,
sumpta mitra & baculo procedendo ad locum,
ubi à principio accepit paramenta, quibus ibi-
dem exiit per eosdem dicens interim Anti-
phonam *Triumpuerorum* & Canticum *Ben. d. ei-*

te &c. Si verò aliud Euangelium dicendum
sit, totum legit in Altari antequam
discedat, eoque dicto recedit

ut prius,

TITV.

TITVLVS XXIII.

De solemnissima per Episcopum in aliena Diocesi,
pontificaliter celebranda.

1. **E**piscopus in aliena Diocesi solemnem
Missam pontificaliter celebraturus, Indu-
tus Rochetto & desuper vel Mozzetta vel man-
telletto postquam peruenit ad Ecclesiam primò
ante sanctissimum Sacramentum genuflectens
prius ad terram planam in genuflexione orabit,
deinde surgens iterum vt prius ad terram genu-
flectens ibit ad Altare maius seu aliud in quo sa-
crificium peragitur vbi Cruci profunda capitis
inclinacione facta orabit, genuflexus demum
surgens iterum facta vt prius Cruci profunda in-
clinacione capitis, ibit ad Sacristiam aut sacel-
lum vbi paramentis Pontificalibus vestiendus
est, quo in loco sit Altare ornatum Cruce, can-
delabris, & cereis accensis & in eius medio erunt
sacra indumenta missalia pro Episcopo ordina-
tim reposita, ad sit quoque faldistorium cooper-
tum vndique ad terram vsque serico coloris pa-
ramentorum, imposito etiam puluinari, vel ibit
ad faldistorium vt supra vndique cooperatum si-
bi in Ecclesia à latere Epistolæ paratum parum
ab infimo gradu Altaris in plano seu pauimento,
ita vt in eo sedens habeat ad dexteram suam Al-
tare & respiciat eam partem quam ipsa anterior
facies Altaris ibique cum paululum sederit stans
capite detecto versus Altare pro Tertia (hanc e-
nim ab Episcopo Missam solemniter celebratu-
ro etiam celebrari conuenit ita ut eam incipiat
& in fine canter Orationem) dicit secreto *Pater*
noster. Aue Maria tum faciens sibi signum Crucis

Cerem. E-
pisc. lib. 1.
cap. 12. pag.
68. col. 1. &
cap. 17. pag.
91.

Compend.
Cerem. c. 23
n. 1.

B b

can-

TITV-

Carem Episcopov.
lib. 2. c. 8. pag. 189.
col. 2.
Compend. Carem. c.
25. n. 1.

Carem Episc. lib. 2.
cap. 8. pag. 188. &
190.
Compend. Carem. c.
23. n. 1. & c. 25. n. 1.

Carem Episc. lib. 2.
cap. 8. pag. 190. &
seq. col. 2. & seq.
Compend. Car. c. 23.
n. 1. & cap. 25. n. 2.

cantat *Deus in adiutorium meum intende,*
 & incepto, Psalmo sedens cooperto ca-
 pite duobus Capellanis in superpelli-
 ceis ante ipsum altero genu flexo altero
 altero stante candelam tenentibus legit
 Antiphon. *Ne reminiscaris,* & Psalmum
Quam dilecta &c. alternatim cum Pres-
 bytero ad dextram & Diacono ad sini-
 stram ipsius stantibus incepto Psal-
 mo *Quam dilecta &c.* Subdiaconus
 usque ad manipulum indutus adfert
 ex Altari vel ex credentia amba-
 bus manibus velo coopertis sanda-
 lia & caligas alio velo cooperta qui-
 bus detractis prius ordinatus calceis
 induit Episcopum genu flexus primo
 in dextero pede, deinde in sinistro,
 adiuuantibus duobus familiaribus E-
 piscopi ad Credentiam Assistentibus,
 Ad *Kyrie eleison,* surgens Episcopus pro-
 sequitur cetera cum iisdem detecto ca-
 pite versus Altare.

2. Postea Episcopus dicta Oratione
Calcea me Domine &c. exiit cappa
 vel mantelletto dicens *Exue me Do-*
mine &c. & dicta alia pro lotionem
 manuum *Da Domine &c.* extractis
 que annulis lauat manus & per Presby-
 terum Assistentem porrigitur manibus
 manibus teris ac repositis annulis in-
 duitur, paramentis acceptis de mani-
 bus Acolythorum ex Altari ea ordi-
 ne adferentium videlicet Diaconus à
 dextris & subdiaconus à sinistris sed
 Diaconus principaliter omnia ope-
 ratur & subdiaconus solum adiuuat,
 Episcopus interea dicit ad singula
 singula

meum intende,
cooperto ca-
pio superpelli-
na flexilibrum
mentibus legit
is, & Psalmum
cum Pres-
bitero ad fini-
incepto Psal-
Subdiaconus
indutus adfert
dentia amba-
perris sanda-
conperta qui-
nariis calceis
u flexus primo
e in sinistro,
miliaribus E-
Assistentibus,
piscopus pro-
em detecto ca-

dicta Oratione
exiit cappa
Exue me Do-
pro lotione
ho. extractis
& per Presby-
gitur mantile
s annulis in-
otis de mani-
tari ea ordi-
t Diaconus à
à sinistris sed
omnia ope-
lum adiuvat,
t ad singula
singer

De solemnibus missis per Episcopum in aliena &c. 579

singulas Orationes excepta ea quæ di-
citur ad manipulum quæ statim post a-
lias dicenda est cum dici non possit eo
tempore quo accipit manipulum.

3. Deinde offerunt Episcopo ami-
ctum osculandum in medio ubi Crux
est, quem mox aptant diligenter circa
collum eius, ut vestium summitates
omnino tegat, & chordulas ex illo pen-
dentes post tergum ductas & ante pe-
ctus reductas stricte colligunt.

4. Accipiunt albam quam circa col-
lumeius humeros & brachia disten-
dunt & aptant.

5. Cingulum quo albam constrin-
guant incipientes à tergo & ante pectus
religantes. Albæ autem extremitates
circum circa Acolyti subleuant & ap-
tant ut æqualiter desinat & vestes con-
tegat.

6. Postmodum Diaconus accepta
Cruce pectorali eam ab Episcopo oscu-
latam imponit eius collo ita ut ante pe-
ctus pendeat.

7. Deinde Diaconus offert eidem
stolam osculandam, quam super eius
humeros applicat, ita ut nec collum
tegat, nec transversa sit in modum
Crucis, sed æqualiter ante pectus pen-
deat, quia ante pectus gestat eius loco
Cruce pectoralem, quam ante stolam
accipit.

8. Tum si Episcopus ipse celebret Ter-
tiam, Diaconus & subdiaconus impo-
nunt illi pluuiiale & Mitram, & finitis
Psalmis Capitulo, Responsorio deposita
mitra stans cantat orationem, atque dicto

Gauantus in Rubr.
Miss priuat. 2. tit. 1.
n. 6. tit. 1.

Carem. Episc. lib. 1.
cap. 9. 10. & 12.

Carem. lib. 2. c. 8.

pag. 191. col. 1.

Compend. Carem. c.
25. sub n. 2.

Carem lib. 2. cap. 8.
pag. 192. col. 2.

Carem. lib. 2. cap. 8.

pag. 192. col. 2.

Compend. c. 25. n. 2.

Carem. lib. 2. cap. 8.

pag. 192. col. 2.

Compend. c. 25. n. 2.

Missale Rom de pre-
parat. Sacerd & lib.
1 §. 1. n. 4. ubi Ga-
uantus l. r.

Carem. lib. 2. cap. 8.

pag. 193. col. 1.

Compend. c. 25. sub
n. 2.

Carem lib. 2. cap. 8.

pag. 193. col. 1 & 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 137. col. 1.

Compend. c. 25. sub n. 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 1.

Compend. c. 25. sub n. 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 1. Compend. c. 25. sub n. 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 1. Compend. c. 25. sub n. 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 1. Compend. c. 25. sub n. 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 1. Compend. c. 25. sub n. 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 194. col. 2. in fin. & lib. 2. c. 11. pag. 60. col. 1. Compend. c. 25. sub fin. n. 2.]

per Chorum *Benedicamus Domino* depositis pluuiali & mitra Diaconus & subdiaconus induunt Episcopum tunicella constringentes chordulas, hinc inde super humeros.

9. Mox eodem modo induunt illum Dalmatica.

10. Deinde Episcopo sedenti imponunt chirotecas, Diaconus in dextra manu, Subdiaconus in sinistra, deosculatis prius manibus eius & chirotheis.

11. Postea iterum stantem induunt planeta.

12. Rursus Episcopo sedenti Diaconus imponit mitram pretiosam ex manibus Ministri de ea seruientis acceptam subdiacono vittas a tergo aptante.

13. Demum imponitur eidem per Presbyterum Assistentem annulus digito annulari dextræ, annulo tamen & manu prius deosculatis, ita *GAHANUS* in rubric. Miss. p. 2. tit. 1. sub n. 6. & dicit Orationem ad manipulum dici solitam cum dici non possit eo tempore quo accipit manipulum.

14. Tum Episcopo omnibus paramentis Missalibus induto Diaconus & subdiaconus capiunt suos manipulos & accedit ad Altare pro missa inchoanda, Diaconus immediate ante illum a sinistris Presbyteri Assistentis pluuiali induti, a sinistris Episcopi, & subdiaconus ante eos portans ante pectus librum Evangelii clausum, in quo inclusus sit manipulus Episcopi, post Episcopum sequitur Capellanus seruientis de mitra & alii Capellani in superpelliceis incedentes bini.

15. Cum

Compend. c. 23. n. 2. & c. 25. n. 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 196. col. 2.

Carem. lib. 2. c. 8. pag. 196. col. 2.

15. Cum peruenit ante infimum gradum Altaris, antequam illi reuerentiam faciat, reddito baculo Pastoralī ministro, qui ibi remanens illum sustinet, & deposita per Diaconum mitra, quæ per ministrum de ca. seruentem deponitur super credentia, facit cū Presbytero Assistente à dextris & Diacono à sinistris & paulo retrò cum subdiacono (relictò in manibus Cæremoniarū libro Euangeliorum) Altari profundam reuerentiam si autem præsens fuerit Cardinalis Legatus aut Archiepiscopus vel Episcopus loci, ei etiam facit reuerentiam profunda pro licentia celebrandi deinde versus ad Altare incipit missam &c. Gauantus in comment. in Rubr. Missal. p. 2. tit. 3. sub n. 2. sub litt. m. & confessionem ut alii sacerdotes: sed cum dixerit *Indulgentiam absolutionem &c.* osculatur manipulum à subdiacono oblatum, qui statim per eundem imponitur sinistro eius brachio:

16. Postquam Episcopus ad Altare ascenderit osculato eo in medio statim ambabus manibus tangens librū Euangeliorum sibi per subdiaconum à sinistris oblatum osculatur principium Euangelii Missæ dicendæ adiuuante Presbytero assistente.

17. Deinde imponit ac benedicit thus ac thurificat Crucem, reliquias seu imagines & Altare.

18. Reddito thuribulo receptaque mitra pretiosa stans in cornu Epistolæ iunctis manibus &c. thurificatur à Diacono triplici ductu. Vide Latius *Compend. Carem. c. 23. n. 2. & seq. c. 25. Carem. lib. 2. cap. 8. pag. 198. col. 2. in fin. & pag. 99. in princ.*

19. Postea facta Cruci reuerentia in medio Altaris receptoque baculo ibidem sinistra mediis inter Diaconum & subdiaconum redit ad

Carem. Episc. lib. 2.

c. 8. pag.

194.

Compend.

c. 23. sub n.

2.

Carem.

lib. 2. c. 8.

pag. 198.

col. 1.

Carem.

lib. 2. c. 8.

pag. 198.

col. 2.

Compend.

c. 3.

faldistorium ubi depositis baculo & mitra stans
Cerem. E- versa facie ad Altare facto sibi signo Crucis à
pisc. lib. 1. fronte ad pectus legit Introitum ex libro oblaro
c. 19. pag. & sustentato per Ministrum de eo seruientem
100 col. 2. supra caput altero candelam accensam tenente,
et lib. 2. c. Assistentes vero hinc inde ostendunt digito seu
8 pag. commodius virgula quæ sunt legenda, vertunt
200. col. 1. que folia; & dicto alternatim cum ministris ad-
Compend. stantibus *Kyrie eleison*, sed & recepta mitra & gre-
c. 23. sub mialē : ponens hinc inde super eo palmas aper-
fin. n. 2. tas, quasi illud retinens.

Cerem. E- 20. Finito per Chorum seu organo ultimo
pisc. lib. 1. *Kyrie eleison*, ablati prius gremiali & mitra, Epif-
c. 19 pag. copus surgit versa per sinistrum latus facie ad
101. col. 2. Altare, illi capite inclinato reuerentiam faciens
Car. lib. 1. & ex libro per Presbyterum Assistentem supra
c. 11. pag. caput sustentato, adiuuante Ministro de libro
60. col. 1. seruiente intonat Hymnum *Gloria in excelsis* (si
et lib. 2. c. dicendus sit) disiungens eleuansque manus ad
8. pag. altitudinem humerorum, & cum dicit *Deo*, il-
200. col. 2. las iterum iungens & caput versus Crucem Alta-
et pag. ris inclinans; quo erecto iunctis manibus profe-
201. col. 1. quitur cum Diacono & subdiacono ministranti-
Compend. bus submissa voce vsque ad finem: tum iterum se-
Cerem. c. dens recipit alteram mitram.

23. n. 30. 21. Finito per Chorum Hymno mitra & gre-
 miali rursus ablati Episcopus surgit & stans ver-
 sus populum extendens ac iungens manus can-
 rat *Pax vobis* (quod dicitur tantum hoc loco
 quando dictus est Hymnus *Gloria in excelsis* alias
 vero dicit *Dominus vobiscum*) Deinde per sini-
 strum latus conuersus ad Altare extendens &
 iungens manus, caputque Cruci inclinans, *Ore-
 mus*, & extensis iterum manibus Orationem seu
 orationes, in conclusione earum de quo manus
 iungens prout explicatur in *Miss. in ritu cele-
 brandi*.

*Miss in
 rit. cele-
 brand. tit.
 5. n. 1.*

lo & mitra stans
figno Crucis à
ex libro oblati
eo feruientem
censam tenente,
dunt digito seu
genda, vertunt-
um ministris ad-
ta mitra & gre-
eo palmas aper-

organo vltimo
& mitra, Epif-
latus facie ad
rentiam faciens
stentem supra
inistro de libro
in excelsis (si
sque manus ad
dicit Deo, il-
Crucem Alta-
manibus profe-
o ministranti-
cum iterum se-

o mitra & gre-
t & stans ver-
s manus can-
um hoc loco
in excelsis alias
iade per sini-
extendens &
clinans, Ora-
tionem seu
de uo manus
in ritu cele-

22. Fini-

De solemnissima per Episcopum in aliena &c. 583

22. Finitis Orationibus sedet recipiens mi-
tram & gremiale vt supra.

23. Cantata Epistola, super librum per sub-
diaconum delatum ponit manum dextram qua
per eum osculata, producit super eundem fig-
num Crucis, deinde adhuc sedens ex libro Mis-
sali per eundem subdiaconum sustentato, le-
git Epistolam, Graduale, Alleluia: Tractum &
Sequentiam si dicenda sunt & alia quæ habentur
in ordine Missæ vsque ad finem Euangelii ante
cuius inchoationem dicit *Munda cor meum, &c.*
& *Iube Domine &c. Dominus vobiscum* & Euange-
lii titulum legens, pollice signat Euangelium in
principio & seipsum in fronte ore & pectore &c.
eoque finito Assistentes respondent *Laus tibi*
Christe &c. Postea Diaconus librum Euangeli-
um ponit in medio Altaris, & Episcopus in fal-
distorio sedens ministrante Diacono nauiculam
cum cochleari & thuriferario thuribulum impo-
nit & benedicit thus. Deinde resumpto per Dia-
conum libro Euangeliorum de Altari eundem
benedicit dicens *Dominus sit in corde &c.* & data
ei benedictione offert manum osculandam.

24. Cum Diaconus incipit *Dominus vobiscum*
pro Euangelio dicendo, depositis prius gremiali
& mitra Episcopus surgens accipit baculum pa-
storalem manu sinistra, & cum dicit *Initium vel*
sequentia s. Euangelii &c. dextra signat se iterum
in fronte ore & pectore quo facto retinet baculū
inter ambas manus iunctas stans versus Dia-
conum canentem: & finito per Diaconum Euange-
lio, dimisso baculo osculatur librum sibi oblatū
in principio Euangelii cantari dicens *per Euange-*
lica dicta &c. deinde thurificatur, & post thurifi-
cationem ad Altare, per latus sinistrū conuersus
cantat ex libro, prout circa *Gloria in excelsis* di-
ctum est *Credo in vnum Deum* (si dicendum sit)

Bb 4

alio

Compend. 9.
23. sub fin. m.
3.
Carem. lib.
2. c. 8. pag.
201. col. 10

Carem. E-
pisc. lib. 2.
cap. 8. pag.
202. col. 10

Compend. 6.
23. sub n. 4.
Carem. lib.
1. c. 9. pag.
47. col. 1. c.
23. & lib. 2.
c. 8. pag. 203.
vol. 2. Miss.
inuit. celeb.
& in bened.
palmarum.

Carem. lib.
2. c. 8. pag.
205. col. 1. &
seq.

alioquin *Dominus vobiscum* vt infra) & cum Assistentibus submissa voce prosequitur, ad Versiculum *& incarnatus est & c.* genuflectens, omnibus de Choro pariter genuflectentibus: finito symbolo sedet cum mitra & gremiali aut supra, & cum prædictus Versiculus cantatur à Choro, caput profundè inclinat eum mitra versus Altare præterquam in Missis Natiuitatis Domini & Annunciationis B. Mariæ; in quibus ad prædictum versiculum iterum genuflectit apud falditorium versus Altare cum mitra.

25. Finito per Chorum symbolo ablatis gremiali & mitra surgit & cantat *Dominus vobiscum & Oremus*, prout supra ante Orationem: cum ex libro per Ministrum sustentato legit Offertorium: quo lecto iterum sedens recipit priorem mitram & gremiale, extractisque annulo & chirothecis lauat manus & tergit; deinde reassumpto annulo; depositoque gremiali surgit & accepto manu sinistra baculo redit ad Altare, ante cuius infimum gradum in medio, depositis baculo & mitra, factaque profunda reuerentia Crucis, ascendit & osculatur Altare in medio, positis hinc inde manibus, mox accipit à Diacono patenam cum Hostia, eam offert, cæteraque facit & obseruat prout alii sacerdotes, nisi quod post

thurificationem Altaris reddito thuribulo antequam thurificetur à Diacono triplici ductu mitram priorem recipiat (quæ post lotas & tergas manus rursus aufertur) & thurificatus faciat signum Crucis super thurificantem, nihil inclinans versus eum, ante aut post thurificationem, & in Canone vbi alii sacerdotes dicunt, *Ecce Antistite nostro* N ipse dicat & me indigno seruo tuo.

26. Postquam Episcopus celebrans Pacem dederit Presbytero assistenti, eam dat similiter Diaconis assistentibus; sed prius Diacono & sub-

Compend.
c. 23. sub
fin n. 5.
Carem.
lib. 2. c. 8.
pag. 205.
& seq.

Carem.
lib. 1. c. 11.
pag. 60.
col. 1. 2. lib.
2. c. 8. pag.
209 col. 2.

Compend.
c. 23. n. 6.
Carem.
lib. 1. c. 23.
& c. 24.
& lib. 2. c.
8. pag. 212.
col. 1. & 2.

diacono, qui tamen non osculantur Altare si non Carem. E-
sit daturus eis communionem, quia tunc post il- pisc. lib. 1.
lam dabit eis ut in Compend. Carem. c. 25. n. 6. v. 6. 24. pag.
bi etiam & n. 6. declaratur quomodo se gerere 124.
debeat in danda communione & si aliqua Ho- Gauantus
stia consecrata remaneant) & postquam sump- in Rubr.
serit ablutionē absterfo ore purificatorio & im- Missal.
posita per Diaconum mitra, stans in cornu Epi- part. 2. fol.
stolae lauet manus (quod non faciunt alii sacer- 10. sub n.
dotes) quibus lotis ac terfis, ablata iterum mitra 9.
legit Communionem & prosequitur ut alii sa- Compend.
cerdotes. c. 23. sub
fin. n. 6.

27. Sed dicto *Placet tibi sancta Trinitas &c.* osculato Altari & si vel Episcopus in aliena Dic- Carem.
cesi celebrans coram proprio Episcopo, retroce- lib. 1. c. 25.
dit paululum ad latus Epistolae, quasi benedi- & lib. 2. c.
ctionem ipsi Episcopo proprio dandam remit- 8. fol. 218.
tens; ipse tamen Episcopus proprius omnino il- col. 10.
lam ipsi Episcopo celebranti relinquat qui mox
ad Altare ventus recepta mitra incipit *Sic nomen
Domini &c.* & dat benedictionem more solito.
Carem. Episc. lib. 2. c. 8. pag. 219. col. 2. &c. 9. pag. 223.
col. 1.

28. Post benedictionem dimisso baculo publi- Compend.
catique Indulgentiis, nisi celebranda sit Procef- Carem. c.
sio post Missam quia tunc post illam facit Indul- 23. n. 8.
gentias publicari, ac deposita mitra dicit submis- Carem.
sa voce *Dominus vobiscum*, & signans Altare ac lib. 2. c. 32.
seipsum, *Initium sancti Evangelii secundum Ioan-* pag. 283.
nem quod prosequitur discedendo cum aliis or- col. 1. & 6.
dine quo venerat ad locum ubi à principio para- 33. pag.
mentra acceperat quibus ibidem exiit per eos- 343. col. 2.
dem ministros dicens interim Antiph. *rium pue-* in fin.
rorum &c. & Canticum *benedicite &c.* si vero 2- Compend.
liud Evangelium dicendum sit totum legit in Carem. c.
Altari antequam discedat. 23. n. 8.

Bb 5

TLIV

s. VII. Tit. XXIII.

infra) & cum Al-
sequitur, ad Verbu
nfectens, omni-
tentibus: finito
emiali aut supra,
cantatur à Choro,
mitra versus Altare
teratis Domini &
n quibus ad pradi-
fectit apud faldi-
tra.

mbolo ablatis gre-
Dominus vobiscum
rationem: cum ex
to legit Offerto-
os recipit priorem
que annulo & chie-
t: deinde reallom-
miali surgit & ac-
dit ad Altare, ante
tio, depositis ba-
la reuerentia Cru-
e in medio, postea
pit à Diacono pa-
ceteraque facit
es, nisi quod post
o thuribulo ante-
ripliei ductu mi-
post lotas & terfis
ficatus faciat sig-
n, nihil inclinans
ficationem, & in-
nt, Et Antistite
no seruo tuo.
celebrans Pacem
eam dat similiter
Diacono & sub-
dia-

TITVLVS XXIV.

De Vesperis & Matutinis pro Defunctis Episcopo celebrante.

1. **Q**uia in officiis Defunctorum diuersæ ceremoniæ ab ordinariis ceremoniis obseruandæ sunt, idè de iis hic pauca subiungentur. Et primò de Vesperis & Matutinis Defunctorum.

2. Episcopus indutus cappa Pontificali lanca venit ad Ecclesiam more solito & accedit ad sedem suam, ubi parum sedet, assistentibus sibi solum Capellanis & Ministris de libro & candela, nec non Ceremoniario indicante quid & quomodo agendum.

3. Post pauculum moræ surgit Episcopus, & detecto capite versus Altare dicit *Pater noster* lecretò vsque in finem, & Chorus annuente Ceremoniario incipit Antiphonam *Placebo Domini, &c.* illam integrè recitando vsque in finem, qua finita, & inchoato Psalmo *Dilexi &c.* Episcopus sedet, caput cooperit & sedet quousque inchoetur *Magnificat &c.* à Choro, tunc surgit & stat detecto capite vsque in finem, qua finita surgit & detecto capite incipit *Pater noster* quod secretò complet.

4. Interim duo Ceroferarii comite Ceremoniario accedunt cum candelabris & cereis accensis de cera communi ante Episcopum, & inter eos erit medius minister de libro seruiens, deinde Episcopus cantat *Et ne nos inducas &c.* cum versiculis aliis in Breuiario post vespertas Defunctorum assignatis, Choro respondente, & orationem congruam, qua finita versiculum *Re-*

quiem aeternam &c. Choro respondente Et Lux
perpetua &c. Deinde Chorus *Requiescant in pace.*

5. Quo dicto sedet Episcopus recto capite,
& post modicum moræ surgit capite detecto, di-
cit secretò *Pater noster* &c. quo dicto, adhuc capi-
te detecto Chorus incipit Iuicatorium. *Regem
cui omnia viuunt, &c.* pro Matutinis cum Psalmo
Venite exultemus &c

6. Cum Chorus incipit Psalmum primi No-
cturni, Episcopus sedet recto capite, & sic manet
quousque dicatur Responsorium Versiculi ante
primam lectionem: primi Nocturni; tunc surgit,
& detecto capite dicit secretò *Pater noster*, mox
sedet capite recto, quousque dicatur Respon-
sorium Versiculi ante quartam lectionem se-
cundi Nocturni, & tunc pariter surgit, di-
cens etiam secretò *Pater noster*, mox sedens
prout in primo Nocturno. Idem facit post
Responsorium versiculi ante septimam lectio-
nem.

7. Lectiones ipsæ cantantur per Cantores aut
alios iuxta loci consuetudinem in tono consue-
to & Responsorialia per Chorum, deinde Psalmi
cum suis Antiphonis pro Laudibus, & cum in-
choatur Canticum *Benedictus* &c. Episcopus sur-
git detecto capite & cum repetitur Antiphona,
Ego sum &c sedet cooperiens caput.

8. Interim duo Ceroferarii cum cereis accen-
sis, vt ad Vesperas, accedunt ante Episcopum, &
omnia fiunt vt supra in fine Vesperarum, quibus
finitis Episcopus eum aliis discedit, quia
nec datur benedictio, nec publican-
tur Indulgentiæ.

TITVLVS XXV.

De Missa Pontificali pro Defunctis per Episcopum celebranda.

1. **P**RO Missa defunctorum sequentia paranda, videlicet Altare nullo ornato festivo, sed simpliciter & nullis imaginibus, sed sola cruce & sex candelabris pareatur, & duobus super Credentia cum candelis ex cera communi; super eam nulla ornamenta ponantur, sed tantum quæ sunt necessaria; videlicet bacile & buccale, simplex Missale, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, thuribulum cum nauicula, item pannus niger extendendus pro facienda absolutione finita Missa, nisi adesset lectica mortuorum, aut castrum doloris. Gradus Altaris, & totum Presbyterium debet esse nudum, excepto quod vnum capere sub faldistorio Episcopi & aliud super primo gradu suppedaneo apud Altare ponendum. Omnia paramenta tam Altaris quam Celebrantis, & ministrorum, librorum, & faldistorii sint nigra, & in his nullæ imagines mortuorum, vel cruces albæ ponantur.

2. Episcopus non utitur in hac missa sandaliis & Chirotecis, nec baculo pastorali, non dicit Antiphonam *Ne reminiscaris*, nec Psalm. *Quam dilecta* &c. nec Orationes quæ in aliis Missis dicendæ sunt, antequam induatur, sed dicit tantum Orationes ad paramenta quæ sumere debet, incipiendo ab ea *Exue me Domine* &c. & tunc deponet cappam, & lauabit manus, ac parabitur dicendo ad aquam & paramenta consuectas orationes.

nes, exceptis iis quæ dicuntur pro sandaliis & chirotecis.

3. Episcopus capiet Manipulum ante Crucem pectoralem ut in Missali, & cum accedet ad Altare, finita Confessione non osculatur librum, sed Altare tantum, & statim sine incensatione redibit ad sedem suam cum mitra, ubi stans nudo capite versus Altare leget Introitum producens signum Crucis super librum.

4. Diaconus & subdiaconus utuntur Dalmatica & Tunicella & Assistens Pluviali, & adsunt Capellani soliti cum superpelliceis & scutiferi sicut in aliis Missis.

5. Ministri aliquid dantes vel recipientes ab Episcopo in tota Missa, nunquam eius manum aut rem deosculantur.

6. Ad Orationes soli Presbyter assistens, Diaconus & subdiaconus stans omnibus aliis genuflexis Epistola & Euangelium nunquam in ambone leguntur, sed in Presbyterio loco conuenienti, nec subdiaconus osculatur manum Episcopi finita Epistola.

7. Si distribuendæ sunt Candelæ, tunc post Epistolam dum cantatur sequentia distribuuntur accendendo ad Euangelium, ad elevationem SS. Sacramenti & finita missa ad Absolutionem, Diaconus non petit benedictionem, nec incensum, nec luminaria deferuntur ad Euangelium, dicit tamen *Munda cor meum &c.* & procedet ad Euangelium cantandum hoc ordine, videlicet primò ipse Diaconus, tum subdiaconus, ultimo loco duo Capellani seu Acolythy precedente Ceremoniario.

8. Finito Euangelio Episcopus non osculatur librum, sed statim dicit *Dominus vobiscum, Oramus, & Offertorium*, tum lauat manus more solito, & ad Altare accedit. Nō benedicit aquam ponentem

ponendam in Calice, nec subdiaconus sustinet patenam, benedicit tamen incensum, incensat oblata, & postea solus thurificatur a Diacono.

9. Dum dicitur *Sanctus* quatuor Capellani cum quatuor funalibus ex eadem cera communi accensis pro elevatione Sacramenti, accedunt, & genuflectunt more solito, & similiter omnes genuflectunt sic permanentes vsque ad *Per omnia secula &c.* ante *Pax Domini &c.* Capellani vero cum funalibus vsque post Communionem.

10. Subdiaconus imposito thure a Thuriferario SS. Sacramentum thurificabit genuflexus in cornu Epistolæ. Non datur pax nec percutitur pectus ad *Agnus Dei.*

11. In fine Missæ non datur benedictio, nec publicantur Indulgentiæ, sed Diaconus dicit *Requiescant in pace* versus Altare. Episcopus dicto in Altari *Placeat tibi &c.* & dicto etiam *Initium Sancti Evangelii &c.* in cornu Evangelii, ubi signat Altare, ad sedem suam redibit, & ibidem deposita planeta, ac etiam Dalmatica & Tunice-la, ac manipulo capiet Pluuiale nigrum Diacono & subdiacono paratis remanentibus, depositis tamen manipulis suis, & Episcopum ad exuendam planetam, & alia, & induendum pluuiale adiuantibus. Presbyter autem assistens discedit & deponit pluuiale.

12. Si sermo habendus sit in laudem defuncti pro quo Missa celebratur, tunc ea finita, ante absolutionem, accedet sermocinaturus vestibus nigris indutus & facta oratione ante medium Altaris, nulla petita ab Episcopo benedictione, sed facta ei profunda reuerentia, ascendit pulpitu-
tum panno nigro tectum, ubi facta iterum Episcopo reuerentia, signans se signo Crucis sermo-
nem

nem faciet; Quo finito, vel si sermo non habendus statim Missa finita, accepto pluuiali per Episcopum ante infimum gradum solii extendetur pannus niger pro absolutione facienda, nisi alius lectus mortuorum, vel Castrum doloris esset in medio Ecclesie. Quo casu Episcopus pluuiali paratus ibidem, vel solus vel cum aliis quatuor absoluentibus accedere deberet.

13. Si verò Episcopus erit in faldistorio, tunc pannus niger ante infimum gradum Altaris in medio extendetur pro absolutione facienda.

14. Interim dum extenditur pannus Episcopus sedet & Cantores incipient Responsorium *Liberamé Domine, &c.* & dum repetitur idem Responsorium accedunt ad Episcopum duo Acolythi vnus cum thuribulo & nauicula, alius cum Aspersorio & Vase aquæ benedictæ. Tunc Episcopus ministrante Diacono Nauiculam à dextris sine osculis, imponet thus in thuribulum, & statim si est in faldistorio accedit ad Altare vbi cum à Choro dicetur *Kyrie eleison* deponet mitram, & stans versus Altare dicit intelligibili voce *Pater noster* quod secretè complendo, ministrante Diacono Aspersorium, & eleuantibus hinc inde Diacono & subdiacono fimbrias pluuialis, Episcopus stans aspergit ter super pannum nigrum vel lecticam mortuorum & reddito Aspersorio Diacono, & ab eodem sumpto thuribulo, thurificabit eodem modo ter thuribulum ducens super pannum vel lecticam, ministris oras pluuialis similiter eleuantibus. Tunc accedent duo Acolythi cum duobus candelabris & candelis accensis sistunt se ante Episcopum qui ex libro ante ipsum per ministrum sustentatum cantat Versiculos *Et ne nos &c.*
cum

l. Tit. XXV.

onus sustinet
accensum, in-
tificatur à Dia-
tor Capellani
cera communi
ri, accedunt,
militer omnes
ead *Per omnia*
Capellani verò
unionem.
re à Thurife-
t genuflexus
nec percuti-
dictio, nec pu-
nus dicit *Re-*
opus dicto in
tiam *Initium*
geli, vbi sig-
& ibidem de-
& Tunicel-
u Diacono &
depositis ta-
d exuendam
uiale adiu-
as discedit &
em defuncti
ita, ante ab-
us vestibus
e medium
nedictione,
endit pulpi-
terum. Epif-
ucis sermo
nem

cum aliis & Orationem vt in Missali, & in fine repetit Versiculum *Requiem aeternam*, &c faciens signum Crucis super pannum, vel lecticam vt in Missali & Cantores dicent *Requiescant in pace*, Episcopus verò depositis parametis, factaque oratione discedit in pace.

TITVLVS XXVI.

*De Absolutione solemnī ab Episcopo & aliis
Prelatis faciendā circa Castrum
doloris.*

2. **S**I aderit in Ecclesia Lectus mortuorum, seu Castrum doloris, & Missa sit celebrata pro anima summi Pontificis, vel S. R. E. Cardinalis, seu Metropolitanī, aut Episcopi proprii, seu Imperatoris, Regis, aut Ducis Magni, aut Domini loci, conueniens est, vt fiant Absolutiones apud Castrum doloris, tam ab ipso Episcopo celebrante quàm ab aliis quatuor Episcopis, vel Prelatis, si adsunt, & in defectum Episcoporum, à quatuor primis dignitatibus, vel Canonicis, ordine infra scripto; V. delictet, finita Missa, & sermone si habitus sit, quatuor Prelati, seu dignitates, seu Canonici praefati accedant ad Sacristiam, vel alium locum conuenientem, & propinquum, vbi quilibet eorum accipiat super Rochetrum, aut Cotta, si sit Religiosus, Amictum, Stulam, & Pluuiiale nigrum, ac Mitram simplicem, si ea vti possunt; sin minus, Biretum, & omnes sic parati conueniant apud Episcopum celebrantem paratum, vt supra, cum quo ibunt ad Feretrum, seu Castrum doloris hoc ordine.

iffali, & in fine
nam, &c. faciens
el lecticam ut in
iescant in pace, E-
tis, factaque co-

scopo & aliis
astrum

mortuorum, seu
fit celebrata pro
R. E. Cardinalis,
proprii, seu Im-
ai, aut Domini
solutions apud
scopo celebran-
is, vel Prælati,
eum, à quatuor
is, ordine infra
sermone si ha-
mitates, seu Ca-
iam, vel alium
uum, ubi qui-
rum, aut Cor-
rolam, & Plu-
m, si ea uti pos-
sic parati con-
tem paratum,
rum, seu Ca-

2. Præ-

2. Præcedunt duo Acolythy, vnus cum thuribulo & nauicula, alius cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio; tum duo alii Acolythy cum duobus aliis candelabris, & candelis accensis, in quorum medio erit Subdiaconus Epistolæ paratus, sed sine Manipulo, deferens Crucem: Post eum duo iuniores Prælati, tum duo seniores, & quilibet eorum habebit penes se vnum Capellannum sequentem qui de Mitra seruet, & vnum scutiferum, qui cereum accensum portet ante suum Prælatum. Vltimo loco incedet Episcopus celebrans habens ad sinistram Diaconum paratum, sine tamen Manipulo, qui eum comiterur, & postea Capellani eortis induti.

3. Cum peruenerint ad Castrum doloris, seu locum destinatum pro Absolutionibus faciendis, Thuriferarius cum alio Acolytho de vase aquæ benedictæ firmabunt se in capite loci à parte dextræ, Acolythy verò ceroferarii, ac Subdiaconus cum Cruce ibunt ad pedes loci, & Subdiaconus cum Cruce collocabit se in medio eorum.

4. Iunior Prælatus sedebit in scabello in angulo Castri doloris ad pedem dextrum Episcopi qui est à sinistris Subdiaconi, alius post eum in angulo ad sinistram humerum, tertius in angulo ad pedem sinistram, quartus, qui erit senior, in angulo ad humerum dextrum: ita ut se se inuicem aspiciant, scilicet iunior Prælatus tertium qui est in alia parte respiciat directè: Secundus verò qui est in parte tertiæ ad humerum sinistram celebrantis Episcopi quartum & digniorem: Celebrans verò sedebit in faldistorio in capite loci in medio, ita ut Crucem directè respiciat, & ita ut ipse renes vertat Altari, modò tamen faldistorium eius sit parum à latere Epistolæ.

5. Omnibus sic ordinatis, surget Celebrans
dete-

delecto capite, omnibus similiter surgentibus, & caput deregentibus, & incipiet in tono Lectionis absolute Orationem *Non intres in iudicium*, qua finita omnes sedebunt, coopertis capitibus, & Cantores incipient Responsorium *Subuenite Sancti Dei, &c.* tunc duo Acolythi cum thuribulo, & nauicula, & aqua benedicta, & aspersorio, quos Diaconus sequetur, accedent ad angulum dextrum capitis, vbi est dignior Prælati, & se ad eius dexteram collocabunt, prope Diaconum, aduertentes vt debitas reuerentias faciant Prælati ante quos transibunt. Præcedet etiam eos Cæremoniarius, & ille qui librum defert, & hic firmabit se ad sinistram Prælati.

6. Incepto versiculo *Requiem aeternam, &c.* Acolythus dabit nauiculam Diacono, & ipse accedet cum thuribulo ante dictum digniorem Prælatum, qui ministrante Diacono nauiculam, imponet cum benedictione thus in thuribulum. Cum per Chorum dicetur primum *Kyrieleyson*, surgent omnes nudo capite, & prædictus dignior Prælati voce intelligibili dicet *Pater noster, &c.* quod secretè complebit, & interim sumpto aspersorio, cum aqua benedicta de manu Diaconi, asperget Lectum circum circa ambulans, incipiens à sua parte dextra, ter aspergens quamlibet lecti partem lateralem tantum, Diacono à dextris, vt in Missali habetur non verò à sinistris vt in Cæremoniali, comitante, & simbrias Pluvialis subleuante, & dum transibit ante alios Prælatos, illos salutabit, & similiter Cruci reuerentiam faciet transiens ante illam ad pedes Lecti. Idem faciet Diaconus annuente Cæremoniario qui procedet à sinistris Prælati, veileum præcedet, si via sit angustior.

7. Postquam cum aspersorio circumierit lectum & ad locum suum redierit, ibidem ab eodem

liter surgentibus,
 ipiet in tono Le-
 on inres in iudi-
 t, coopertis capi-
 sponforium Sub-
 colychi cum thur-
 edicta, & asperso-
 cedent ad angu-
 lignior Prælatus,
 unt, prope Dias-
 reuerentias fa-
 bunt. Præcedet
 le qui librum de-
 am Prælati.
 m aternam, &c.
 acono, & ipse ac-
 tum digniorem
 cono nauiculam,
 s in thuribulum.
 um Kyrie eleison,
 radictas dignior
 t Pater noster, &c.
 teriam sumpto al-
 manu Diaconi,
 mbulans, inci-
 pergens quamli-
 m, Diacono à
 n verò à sinistris
 & fimbrias plu-
 sibi ante alios
 iter Cruci reue-
 m ad pedes Le-
 ente Cæremo-
 elati, veleum
 circumierit le-
 ibidem ab eo-
 dem

dem Diacono capiet thuribulum, & Lectum si-
 milliter circum circa thurificabit, ter in qualibet
 parte thuribulum ducens: hoc est in duobus la-
 teribus Lecti.

8. Cum redierit post thurificationem ad lo-
 cum suum, stans ante scabellum non conuersus
 ad altare dicet Versiculum *Et ne nos inducas, &c.*
 & alios versiculos & Orationem *Deus cui omnia
 viuunt, &c.* vt in Pontificali, ex libro quem Mi-
 nister seruiens de eo sustinet stans ante eum.

9. Qua finita omnes sedent cum Mitra, &
 Cantores incipient Responforium, *Qui Laza-
 rum, &c.* Dum dicent versiculum, *Requiem a ter-
 num, &c.* vt supra, Ministri accedent ad secun-
 dum digniorem Prælatum sedentem in angulo
 ad sinistram pedem videlicet à dextris Subdia-
 cono, qui imposito thure, vt de primò dictum
 est, dicto vltimo *Kyrie à Choro* surget, omnibus
 pariter surgentibus, dicet *Pater noster*, asperget, &
 thurificabit Lectum, vt supra, & demum dicet
 versiculos, & Orationem *Fac quasumus, &c.* Qua
 finita omnes similiter sedebunt, & Cantores
 cantabunt Responforium *Domine quando vene-
 ris, &c.* & interim dignior Prælatus sedens ad si-
 nistram humerum seruabit omnia quæ superius
 primus, & secundus seruauerunt, & demum di-
 cet Orationem *Inclina Domine aurem tuam, &c.*

10. Quà finitâ, quartus & iunior Prælatus, se-
 dens in angulo ad dextrum pedem faciet simili-
 ter, & in fine dicet Orationem *Absolue quasumus
 &c. vt in resurrectionis gloria, &c.*

11. Demum cantato à Choro Responforio
Liberame Domine de morte aterna, &c. Episcopus
 celebrans imposito thure in thuribulo, dicto *Pa-
 ter noster*, asperget & thurificabit Lectum, prout
 de primò, & aliis dictum est, & in dictis versi-
 culis,

culis; dicet Orationem *Absolute quesumus Domine, &c. ut defunctus seculo, &c.* & responso per Chorum *Amen.* ipse Episcopus dicet *Requiem aeternam, &c.* benedicens Lectum, ut in Missali & demum duo Cantores dicent *Requiescant in pace.*

12. Quo dicto, receptis ab omnibus Prælati Mitris, seu bireis, si mitris non utantur, omnes eo ordine, quo venerant redeunt in Sacristiam, vel alium locum deputatum, vbi de depositis suis paramentiis, quilibet recedit ad propria.

13. Quatuor, seu quinque istæ absolutiones non semper in omnibus exequiis conuenit fieri, sed tantum in primis exequiis quæ solent fieri post obitum, ut sunt exequiæ nouendiales quæ fiunt pro anima defuncti Pontificis. In exequiis verò anniuersariis, non debent fieri absolutiones, sed vna tantum per Celebrantem, ut supra dictum est, post Missam.

14. Vel si esset Castrum doloris, vel alius locus, vbi esset eundem ad absolendum, Celebrans solus paratus, ut supra; præcedente Cruce cum omnibus Ministris supra narratis, & sequentibus eum suis Capellanis, accedet ad Castrum doloris, & ibidem dispositis Ministris, ut supra dictum est, stans apud faldistorium in capite Lecti, dicet Orationem *Non intres, &c.* qua finita sedet, & cantato per Chorum Responsorio *Libera me Domine de morte, &c.* imposito thure in thuribulo, ut supra, asperget, & thurificabit Lectum ordine quo supra dictum est, & demum dicet vnã ex quinque Orationibus supra assignatis quam maluerit, & redibit ordine quo venerat Quod similiter seruari poterit in exequiis primis vbi commodè quatuor Prælati qui post Missam, ut supra dictum est, absoluant, haberi non possunt.

15. Si loco Prælatorum quatuor, adstantium

qua sumus Domi-
& responso per
licet Requiem
ut in Missali &
quiescant in pace.
inibus Prælati
cantur, omnes
in Sacrificiam,
e, depositis suis
opria.
z absolutiones
conuenit fieri,
uz solent fieri
uendiales quæ
is. In exequiis
fieri absolutionem,
atem, ut supra

s, vel alius lo-
endum, Cele-
cedente Cruce
tratis, & se-
acceder ad Ca-
Ministris, ut
istorium in ca-
ntes, &c. qua
n Responso
posito thure in-
nificabit Le-
& demum di-
s. supra asig-
ordine quo ve-
rit in exequiis
elati qui post
bluant, haberi
r, ad hincran-
tum

tum Canonici, solus Episcopus debet incensum benedicere, & conuenit ut isti stent ad Responsoriam, quæ successiuè cantantur nudo capite, & non ledeant. Nec aderunt Capellani de Mitra, & leuitiferi qui ferant candelas, & tunc cum quilibet faciet absolutionem suam deponet biretum in manibus cuiusdam Clerici, sicut & candelam. Si Defunctus sit Episcopus aut Prælati Sacerdos, & corpus sit præsens, faldistorium Episcopi Celebrantis parabitur ad pedes eius, non verò ad caput, ut in Rit. Romano, aliàs semper parabitur ad caput Lecti seu Castri doloris.

TITVLVS XXVII.

De Missa qua sine cantu ab Episcopo celebratur.

1. **C**VM Episcopus celebrabit Missam priuatam conuenit, ut patet se non in Sacrificia, sed ad Altare, ubi celebrare debet (nisi ibi sit SS. Sacramentum expositum, quia paramenta tunc sumet in Sacrificia) super quod poni debent paramenta ordine retrogrado disposita, postquam, aliquo eius Scutifero ministrante, lauerit manus.
2. Calix, Missale, & manipulus super Credentiam, & alia quæ ibi poni solent, alia vero necessaria super Altare ponuntur per Sacristam, aut aliquem ex Capellanis. Ideo conuenit ut duos Capellanos ad minus habeat cottis mundis indutos apud se ministrantes, qui ea omnia disponere sciant, & possint, & cum induere cum debitis reuerentiis & osculis rerum quas ministraturi sunt, ita ut ille qui induit Episcopum, & accipit paramenta, partem anteriorem eorum habeat versus se, & posteriorem, ad extra. Sed si ille qui accipit ea immediatè de Altari, eadem ministraturus est alicui alteri Capellano, seu ministro,

par-

partes posteriores tenebit versus se, & anteriores ad extra.

3. Accipiet paramenta coloris conuenientis, & ea omnia quæ pro Prælati in Missali expressa sunt, & non aliis indumentis Pontificalibus, præter Crucem pectoralem, & anulum, utetur, quæ duo etiam parantur super altare.

4. Altare quoque in quo celebrat sit mundis robaleis & pallio conuenienti ornatum pro qualitate festorum & temporum. Nam in festis solemnibus conuenit ut sint super illud quatuor candelabra cum totidem cereis, & in eorum medio Crux, argentea vel ex alia materia: Aliis festis non ita solemnibus, & feriis sufficiunt duo candelabra. Ante altare paratur fald. ubi Episcopus orat super Cusino, & postea ibi lauat manus Rochetto indutus, vno Scutifero ministrante aquam, & Capellano mappam, deposita prius Mozzeta. Conuenit ut capiat paramenta nudo capite, quia dicit Orationes ad singula paramenta. Manipulum capit dicto *Indulgentiam*, nisi in Missis Defunctorum. Si dicat *Gloria in excelsis* dicit *Pax vobis*.

5. Præfati duo Capellani seruiant ei in Missa hinc inde in respondendo, in transferendo librum, cooperiendo & discooperiendo Calicem, cum opus est, in porrigendo manili (non enim scutiferi illud ministrare debent, ut multi abusuè directè contra Cæremoniale) cum lauat manus, deferendo Calicem post Offertorium de Credentia ad altare, (si iam fortè non est super illud, quod non decet) cum paramenta Episcopi sint extensa ante Missam in medio ipsius altaris. Item vnus eorum seruit in ministrando candelam, si ea uti velit Episcopus ut decet.

6. Si erunt tres Capellani, poterunt duo iuniores exiis ad eleuationem SS. Sacramenti post Episcopum celebrantem genuflexi à lateribus

us se, & anteriores
ris conuenientis,
Missali expressa
ntificalibus, præ-
lum, vtetur, quæ

brat sit mundis
ornatum pro qua-
Nam in festis so-
er illud quatuor
& in eorum me-
ateria: Aliis fe-
is sufficiunt duo
ald. vbi Episco-
a ibi lauat manus
o ministrante a-
, deposita prius
paramenta nudo
ngula paramen-
gentiam, nisi in
loria in excelsis di-

uient ei in Missa
transferendo li-
riendo Calicem,
artili (non enim
, vt multi abusi-
cùm lauat ma-
Offertorium de
non est super il-
amenta Episcopi
io ipsius altaris.
strando cande-
lecer.
oterunt duo in-
sacramenti post
exi à lateribus

sustinere duo funalia accensa, tertius verò dig-
nior Episcopo assistere, & cum opus est, tincin-
nabulum tangere ad *Sanctus*, & ad eleuationem.
Cum autem Episcopus surgit à genuflexione,
conuenit vt hic Capellanus & alter eius socius, si
adsit, adiuuent eum sustentantes brachia eius, &
cum ascendit ad altare, conuenit etiam vt vnus,
velambo aliquantulum eleuent anteriores par-
tes vestimentorum eius.

7. Si verò non adsint tres Capellani, poterunt ad
funalia supplere duo Sacerdotes, aut alii familiares,
arbitrio Episcopi honestè vestiti; sed & si copia
nō esset eorum qui sustinerent funalia, poterunt
eadem funalia seu cerei maiores positi super duobus
candelabris magnis, ad eleuationem, accen-
di, & post eleuationem extingui.

8. Si forte aliquis Prælatus, Cardinalis, aut
Princeps huiusmodi Missæ interfuit, primus ex
dictis Capellanis, dicto ab Episcopo *Agnus Dei*,
sumpto pacis instrumento cum velo appenso, ge-
nuflexus ad dexteram Episcopi illud ipsi offert
osculandum, cui Episcopus dicit *Pax tecum*, & il-
li respondet *Et cum Spiritu tuo*, tum idem instru-
mentum cum pace portat osculandum Prælato
vni, aut pluribus, aut Principibus presentibus
dicens *Pax tecum*, cui etiam respondent *Et cum
spiritu tuo*, sed aduertat, vt nullatenus genuflectat,
nec vllam signum reuerentiæ faciat alicui ex iis,
antequam instrumentū porrexerit osculandum,
sed tantum post illud osculatum, quia tunc non
habetur ratio ministri, sed pacis quæ à sacrificio
altaris ad illum defertur, postea verò vel illis ge-
nuflectit, vel se inclinat.

9. Liber Euangelii nemini etiam defertur oscu-
landus quicumq; sit, celebrante Episcopo, sed si
adsit aliquis Cardinalis, vel Princeps maximus,
potest dari alius liber, non verò vaquam liber
Episcopi.

10. Epi-

10. Episcopus bis manus lauat, scilicet post Offertorium, & post Communionem, semper Scutifero ministrante aquam, & pelum, & Capellanis mantile; lauat tamen etiam manus prius ante Missam.

11. In fine Missæ Episc. celebrans si non pro Defunctis celebret benedicit dicens *Sit nomen Domini &c.* non utens baculo, nec Mitra, nec Cruce, si sit Archiepiscopus.

12. Finita Missa deponit sacra paramenta etiam ante Altare in infimo gradu, & ibi super cossino gratias agit.

13. Ministri seu Capellani genuflectant ad Confessionem, ad Eleuationem & communionem: Minister qui est à sinistris dat ei manipulum post *Indulgentiam*. Alii omnes genuflectant in tota Missa præterquam ad Euangelium.

14. Alia omnia Episcopus celebrans seruat prout alii Sacerdotes iuxta Rubricas Missalis.

15. Mozzeta, dum Episcopus celebrat in sua Diœcesi, ponitur expansa super faldistorio, ita ut eius Caput sit versus Altare, & ora eius circum circa defluant & ibi etiam ponitur eius

biretum; extra Diœcesim mantellum eius ponitur plicatum super aliqua mensa vel alio loco congruo.

FINIS.